UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Marii Mercatoris S. Augustino Æqualis Opera Quæcumque Extant

[Complectens Ea Quæ Ad Hæresim Nestorianam Spectant]

Marius <Mercator>

Parisiis, 1673

Liber Primus In Qvo Continentvr Nestorii Sermones Tredecim Cum Uno Procli. Ejusdem Nestorii Epistolae Tres Cum Quatuor Sancti Cyrilli. Mercatoris Epistola Una De Nestorii Haeresi. Excerpta S. Cyrilli ...

urn:nbn:de:hbz:466:1-14215

Visual Library

LIBER PRIMUS

IN QUO CONTINENTUR

NESTORII SERMONES TREDECIM

CUM UNO PROCLI.

EJUSDEM NESTORII EPISTOLÆ TRES

CUM QUATUOR SANCTI CYRILLI.

MERCATORIS EPISTOLA UNA

DE NESTORII HÆRESI.

EXCERPTA S. CYRILLI EX OPERIBUS NESTORII.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

PRÆFATIO MARII MERCATORIS SERVI CHRISTI, IN VARIOS SERMONES IMPII NESTORII DE INCARNATIONE DOMINI NOSTRI JESU CHRISTI, e Græco versos,

CUM EJUSDEM NESTORII ET CYRILLI epistolis, & capitulis a sancto Cyrillo de diversis Nestorii libris excerptis.

MARIUS MERCATOR *servus Christi, lectori conservo suo parem in Domino fidei salutem.*

NESTORII quondam Episcopi Constantinopolitanæ vrbis nonnulla ad plebem blasphemiarum dicta vel scripta, ex Græco in Latinum sermonem, fervore catholicæ fidei incitatus, curavi transferre, a fidelibus linguæ meæ fratribus cognoscenda atque vitanda: in quibus verbum de Verbo, in quantum fieri potuit, conatus sum translator exprimere, ne prius falsarius magis, quam verus postea probarer interpres.

M. Mercator homo Latinus, Græcæ tamen linguæ peritus.

Da igitur veniam, pie lector, si aut minus oratio luculenta, aut verborum vbicunque præsumptorum novitas, aurem forte perculerit: elegi obtrectatorum linguis magis exponi, quam a veritate sensuum exprimenda, vbi omne est de falsitate periculum, longius aberrare.

De industria fecit Latina sua Græcis similiora, quam patiatur vtriusque linguæ natura.

Occupent igitur se ex hoc instanti isti nostri disertuli, ad singulas syllabas nostras scrutandas, & verba rimanda: non id curo, nec magni pendo, securus quod mihi de hoc opere nullus falsarii nomen imponat.

Occupat accusationem eorum, quibus simplicior interpretatio non placeret.

Scio etiam, ab istis exprobranda nobis esse aliqua dicta vitiosa, quæ nobis vis servandæ Græcæ proprietatis extorsit. Dicat hinc nobis quisque quod volet, sentiat quod placet, ego sapientum judicio fretus sum, quibus absque lenocinio fucoque verborum, & scholaribus nugis, simplex veritatis semper grata est pulcritudo.

Hinc infirmatur argumentum quo quis abjudicaret Mario versionem quorumdam operum non admodum Latinam.

Nunc hic ejus primus impietatis in Ecclesia ad populum sermo est, in quo de Incarnatione dominica male lapsus infeliciter corruit.

Quæ continentur hoc in codice Mercatoris.

PRÆFATIO IN VARIOS SERMONES, &c.] Constat ex his verbis, Mercatorem vno codice complexum esse trium generum scripta, sermones Nestorii, ejusdem & sancti Cyrilli epistolas, atque excerptas quasdam a sancto Cyrillo ex libris Nestorii sententias, quas Liberatus defloationes vocat. Ea ipsa complexi sumus pariter vno libro; sed quia codex Mercatoris caret ordine, visum est, perturbatione sublata, suis singula temporibus reddere.

MARIUS MERCATOR, SERVUS CHRISTI, LECTORI, &c.] Scripta est proœmialis hæc epistola post concilium Ephesinum, quod ostendunt hæc verba: *Nestorii quondam Episcopi*; non tamen multo post tempore: scripta est siquidem, providente Mercatore, vt in Occidentalium cognitionem venirent simul, & condemnatio Nestorii, & totius causæ instrumenta,

Quo tempore scriptus codex.

vt per se posset vnusquisque intelligere, quam merito exauctoratus fuisset a generali synodo, qui tantas blasphemias, vel dixisset, vel scripsisset.

Qui disertuli pentrichi. NOSTRI DISERTULI, &c.] Respicit forte in Julianum, aliosque Cælestianos, quorum disertissimus fuit Annianus, interpres homiliarum quarumdam Chrysostomi: ridebant illi quippe catholicos, quasi minus disertos, & errorem suum, tum sermonis in scribendo elegantia, tum in interpretando solertia, curiosis lectoribus insinuabant. Augustinum certe Julianus, Annianus alios, velut imperitos delicatioris latinitatis despexerunt; sed falsarii crimen Augustinus interpreti homiliarum Chrysostomi objicit, objicit & Pelagio Hieronymus, eumque suis singulis syllabis insidiari queritur.

Lib. 1. cont. Julian. cap. 6. Dial. 3. sub fin. & epist. ad Ctesiph. &c.

Primus sermo tributuit Nestorio. SERMO IMPIETATIS, &c.] Ambigere non licet, quin impietatis hicce sermo vere sit Nestorii: ipsi enim tribuitur ab omnibus fere ejusdem ævi scriptoribus, nimirum a M. Mercatore, partim hoc in loco, partim in contradictione vndecimi anathematismi, vbi cum INSIPIENTISSIMUM TRACTATUM vocasset; *Quid miramur*, inquit, *eum hoc fecisse de Evangelii testimonio, cum & illud aliud similiter violenter attraxerit, & abusus sit ad impietatem sensus sui, quo putavit evangelica auctoritate ei robur afferri, vbi dictum est*: Quod de carne natum est, caro est; quod de spiritu, spiritus est. *Namque hoc testimonium adhibuit in illo insipientissimo tractatu, in quo primo de virgineo partu disputavit. Quo in loco sic dixit:* Non peperit Deum Maria, vir optime, quod enim de carne nascitur, caro est, & quod de spiritu, spiritus est; sed peperit hominem divinitatis instrumentum, & hominem portantem Deum.

A Mario Mercatore. *Ioann. 3. v. 6.* *Num. 7.*

A Cassiano. A Cassiano vbique passim in libris de Incarnatione, sed in septimo præsertim, vbi PESTIFERUM TRACTATUM appellat. *Posuisti*, ait, *in quodam pestifero tractatu tuo dicens*, quoniam divinæ naturæ imago est homo: hanc autem projecit diabolus in corruptionem. Doluit sicut pro imagine sua Deus, sicut pro statua sua imperator, & corruptam reparat imaginem, & sine semine formavit de virgine naturam: secundum illum, qui sine semine natus est Adam, & per hominem humanam naturam suscitat. Quoniam enim per hominem mors, ideo & per hominem resurrectio mortuorum.

Cap. 6. *Num. 5.*

A S. Cyrillo. A sancto Cyrillo in epistola prima ad Nestorium. *Prope enim fuerunt quidam, vt jam confiteri minime patiantur, quia Deus est Christus, sed potius* οἰκεῖον καὶ ἐγκαθίδρυμα τῆς θεότητος, καὶ αὐξάνοντα θεοφόρος. Et epistola tertia. *Sed nec illud dicimus, quod Dei Verbum veluti in homine communi, qui de sancta Virgine natus est, habitaverit, ne Christus homo* θεοφόρος *credatur.*

Num. 7. *Ibid.*

Ab Eusebio Dorylæensi. Ab Eusebio tunc causarum patrono postea Episcopo Dorylæi, in obtestatione quam publice proposuit, postquam habitus est hic sermo. *Paulus Samosatenus ait:* Maria Verbum non peperit. *Nestorius ab hujus sensu non recedens:* Heus tu, bone vir, Maria divinitatem non edidit?

1. part. conc. Eph. cap. 13. *Num. 7.*

Ab auctore epistolæ ad Sporatium. A Theodoreto, aut si quis alius est auctor epistolæ ad Sporatium. *In orthodoxorum Ecclesia multas istiusmodi voces edidit:* Non peperit, optime vir, Maria Deum, sed hominem peperit divinitatis instrumentum; culpa vacat gentilis, qui diis matrem inducit.

Ibid. *Num. 6.*

Ab auctore Prædestinati. Ab auctore Prædestinati, *haresi octogesima octava:* Maria solum hominem genuit. Si enim dixerimus quia hominem genuit, facimus matrem deum, sicut gentiles. Maria ergo templum Deo genuit, non ipsum, qui in templo habitat.

Ibid.

Ab auctore conflictus Arnobii cum Serapione. Ab auctore conflictus Arnobii cum Serapione. *Serapion dixit: Nestorii est ista doctrina. Arnobius dixit: Nestorius quæ asserit, præ manibus habeo, si jubent judices, recitabo. Judices dixerunt: Legatur quod ab Arnobio offertur, vt possit Serapionis si vera sit objectio, demonstrari; cumque accepta esset homilia, ad locum lecta est ita:* Non peperit sanctissima Maria deitatem, nam quod natum est de carne, caro est. Non peperit creatura creatorem, sed peperit hominem deitatis ministerium. Non ædificavit Deum Verbum Spiritus sanctus, quod enim ex ea natum est, de Spiritu sancto est. Deo itaque Verbo templum ex virgine ædificavit. *Et paulo post:* Non per se, qui natus est in vtero, Deus est. *Et paulo post:* Θεοδόχον formam honoremus.

A Gennadio. A Gennadio. *Lib. de script. eccl. cap. 53.* *Nestorius postquam Constantinopolitanæ Ecclesiæ pontificatu donatus est, scripsit librum quasi de incarnatione Domini sexaginta & duobus divinæ scripturæ testimoniis pravo suo sensu refertum, in quo quid asseveraverit, in catalogo hæreticorum monstrabitur.*

Verum hæc Gennadii verba magnam faciunt quæstionem: nam hujus sermonis de Incarnatione a Nestorio compositi meminerunt veteres, sed nullus, quod sciam, libri alterius de eodem argumento; & hic tamen, quem habemus, sive sermo, sive tractatus, vix quinque aut sex divinæ scripturæ testimonia pro hæretico sensu continet. Quæstio, etsi implicatissima, solvetur suo loco.

In differt. de Nestorii libris.

Adversus hunc sermonem scripserunt Proclus, Cyrillus & Cassianus. Adde, quod adversus hunc sermonem scripserint viri tres præstantissimi. Proclus panegyricam orationem de laudibus Deiparæ virginis; Cyrillus epistolam ad Monachos Ægypti, & homiliam XVII. paschalem, aliaque plura; Cassianus septem libros, quos idcirco de Incarnatione inscripsit, quia in his pugnabat adversus Nestorii tractatum de Incarnatione. Omnes porro Nestorii nomen in dictis operibus tacuerunt, quia cum scriberent, necdum damnatus fuerat, imo nec publico judicio de hæresi postulatus.

Tacito nomine Nestorii.

Atque hæc causa est, cur in notis, nihil aliud fere præstandum putarim, quam vt singulas tantorum virorum sententias singulis Nestorii dictis conferrem, & loca, vbi vitiosa occurrerint, emendarem.

An dictus, an scriptus tantum a Nestorio iste sermo. NUNC HIC EJUS PRIMUS IMPIETATIS SERMO, &c.] Si primus ille sit, vt revera est, ad populum impietatis sermo, factum oportet post Anastasii presbyteri, aut Dorothei Episcopi impias voces, vt vel vtriusque, vel alterutrius dictum Nestorius approbaret, commotusque populus vtcumque placaretur. Quanquam non nemini posset venire in mentem, sermonem hunc non differre ab homilia, quam scribit Theophanes a Nestorio legendam, syncello suo Anastasio traditam. *Homiliam*, inquit Theophanes, *de rebus fidei suo syncello traditam in publico christiane plebis conventu jussit recitari ita continentem:* Mariam nemo nuncupet Dei genitricem; homo namque Maria extitit, & ab homine Deum gigni impossibile est.

In Chronograph.

SERMO PRIMUS
IMPII NESTORII
DE INCARNATIONE DOMINI NOSTRI JESU CHRISTI.

I. Doctrina pietatis providentiam Dei cognoscere.

DOCTRINA pietatis est sensatorum in Ecclesia intentio; pietatis autem doctrina providentiæ cognitio est: cognoscit namque Dei providentiam, qui Deum cognoverit corporum animorumque creatorem. Quotquot igitur id nescientes adorant Deum, ignorare eos manifestum est veritatem: Deum enim *confitentur se nosse, factis vero*, vt scriptum est, *negant*. Tit. 1. v. 16.

II. Ratio providentiæ divinæ.

Oportet autem creatorem horum curam gerere, quos creavit: oportet dominum iis, quibus dominatur, solicitudinem impertiri: oportet patremfamilias domus suæ esse defensorem.

III. Laus providentiæ circa singulos homines.

Impar est vita nostra ad hujus tanti regiminis dignitatem: fingit me in materno vtero opifex Deus, & in illis matris viscerum secretis conservandi me prima & summa tutela est. Nascor, & fontes lactis invenio. Incipio opus habere ciborum sectione, & cultris quibusdam, dentibus videlicet, armatus invenior. Virum ago, & vectigalis mihi efficitur creatura: deorsum namque me pascit terra, & de cælo mihi lucerna accenditur sol, flores mihi vernum tempus attribuit, affert mihi æstas spicas, hiems pluvias generat, autumnus tributum in vino dependit.

IV. Laus providentiæ circa homines mutuo comparatos. Non enim subsistere aliter mortalia potuissent.

Quam inæqualem ex paupertate & divitiis consistentem ducimus vitam! non enim sustentari mortales aliter potuissent. Vide namque in his ipsis quanta nostri tutela sit. Facilis frumenti putredo cogit divitem timore corruptionis indigentibus vendere; mutabilis vini natura possessorem mercaturam inire damni terrore compellit. Imputribile ideo est & repugnans tempori aurum, quia retentum nihil pauperi nocet. Quæ enim mala edunt divitiæ, si aurum suum restringant, cum ea quæ me pascunt, vendere divites compellantur?

V. Providentia in homine reparando.

Decem millibus donis humanum genus honoratum vltimo & finitimo dominicæ Incarnationis munere decoratum est. Quoniam enim homo divinæ imago naturæ est, hanc autem impulit & dejecit diabolus in corruptionem: doluit tanquam pro propria statua rex, & corruptum renovat simulacrum, sine semine fingens de virgine naturam, sicut & Adam, qui & ipse sine semine figuratus est, humani generis operatur restitutionem per hominem, *quoniam*, inquit, *per hominem mors, & per hominem resurrectio mortuorum*. 1. Cor. 15. v. 21.

VI. Primus in apertam blasphemiam flexus. 1. Tim. 1. v. 7.

Audiant hæc, qui in dispensatione dominicæ innovationis cæcati non intelligunt, *neque quæ loquuntur, neque de quibus affirmant*: qui, sicut modo cognovimus, a nobis invicem frequenter scisciantur, an Θεοτόκος dicenda sit, id est, puerpera Dei, sive genitrix Dei Maria, an autem ἀνθρωποτόκος, id est, hominis genitrix. Habet matrem Deus? Ergo excusabilis gentilitas matres diis subintroducens. Paulus ergo mendax de Christi deitate dicens, ἀπάτωρ, ἀμήτωρ, αὐτὸ γηνεαλογίας, id est, sine patre, sine matre, sine generationis narratione. Heb. 7. v. 3.

VII. Totum virus Nestorianæ impietatis.

Non, vir optime, Maria peperit Deum. *Quod enim de carne natum est, caro est; & quod de spiritu, spiritus est*. Non peperit creatura eum, qui est increabilis; non recentem de virgine Deum Verbum genuit Pater: *In principio enim erat Verbum*, sicut Joannes ait. Non peperit creatura creatorem, sed peperit hominem deitatis instrumentum; non creavit Deum Verbum Spiritus sanctus: *Quod enim ex ea natum est, de Spiritu sancto est*; sed Deo Verbo templum fabricatus est, quod habitaret, ex Virgine. Ioan. 3. v. 6. Ioan. 1. v. 1. Matth. 1. v. 20.

VIII.

Incarnatus est quidem Deus, sed non est mortuus: sed illum, in quo incarnatus est, suscitavit; inclinatus est elevare quod ruerat, ipse vero non cecidit: *Dominus de cælo prospexit super filios hominum*; nempe inclinans eum levare, qui cecidit, tanquam ille corruerit, vituperatur. Vidit Deus naturam collapsam, eamque deitatis potentia apprehendit elisam, & illam elisam tenens, & manens quod erat, in altum sublevavit: exempli causa, quod dicitur, nosce. Si jacentem elevare volueris, nonne continges corpus corpore, & te ipsum illi conjungendo elisum eriges, atque ita illi conjunctus ipse manes quod eras? sic & illud Incarnationis æstima sacramentum. Psal. 13. v. 2.

IX. Nonnulla hic desunt. *Vide observationes.*

Propter vtentem, illud indumentum, quo vtitur, colo: propter absconditum adoro quod foris videtur, inseparabilis ab eo qui foris paret, est Deus.

X. Locus ab omnibus catholicis mirum in modum vexatus.

Quomodo igitur ejus qui non dividitur, honorem & dignitatem audeam separare? divido naturas, sed conjungo reverentiam.

Intende in hæc quæ dicuntur. Non per seipsum Deus est, qui in vtero figuratus est: nam si sic esset, essemus homi-

nis vere cultores; sed quoniam in assumpto Deus est, ex illo qui assumpsit, qui assumptus est, appellatus est, & appellatur Deus.

XI. Locus fœde corruptus in vtroque codice restitutus ex Cassiano.

Formavit Deus dominicam Incarnationem. Intremiscamus susceptricem Dei formam vna ac pari, qua Deum Verbum, reverentia, tanquam divinitatis vere inseparabilis simulacrum, tanquam imaginem absconditi judicis. Duplicem confiteamur, & adoremus vt vnum: duplum enim naturarum vnum est propter vnitatem. Audi Paulum vtrumque clamantem, & deitatis vnigeniti æternitatem, & societatis vel conjunctionis vnam factam esse dignitatem: JESUS, inquit, *heri & hodie, idem ipse & in sæcula sæculorum, Amen.* Heb. 13. v. 8.

Divisio sermonis in duas partes.

DOCTRINA PIETATIS EST, &c.] Sermonis sui Nestorius duas fecit partes; vnam de providentia, quæ tota fere catholica videri potest, quanquam Cassianus in ea nonnihil reprehendit; alteram de Incarnatione dominica, quæ totius impietatis fons & origo fuit.

Lib. 7. de Incarn. cap. 6.

HANC AUTEM IMPULIT ET DEJECIT DIABOLUS, &c.] Locum hunc Cassianus ex Græco vertit, & refellit in hæc verba: *Quoniam divinæ naturæ imago est homo*, &c. quæ prius allata sunt.

Ibid.

DOLUIT TANQUAM PRO SUA IMAGINE DEUS, &c.] Cassianus. *Ita ergo & tu dicis:* Divinæ naturæ imago est homo; hanc autem projecit diabolus in corruptionem. Doluit sicut pro imagine sua Deus, sicut pro statua sua imperator. *Dei nomen objicis, vt religionis nomine mentiaris. Sancta præmittis, vt perversa persuadeas, & confitendo Deum id efficias, vt eum ipsum neges, quem confiteris*, &c.

Lib. 6. cap. 6 Vide etiam lib. 7. cap. 6.

PRO PROPRIA STATUA REX, &c.] Iterum Cassianus. *Numquid aliquid de phantasiis iis, quibus nunc furis, symbolum dicit? nunquid etiam tu ipse dixisti: Vbi hic statua, vbi organum tuum? tuum, inquam: absit enim vt hoc alterius sit, quam tuum. Vbi illud quod Dominum* JESUM CHRISTUM *statuæ instar affirmans, non quia Deus, sed quia imago Dei, adorandum putas, & ex Domino majestatis organum faciens, non propter se eum, sed propter eum, qui quasi in eo spiret ac resonet, honorandum esse blasphemas.*

Lib. 7. cap. 6.

CORRUPTUM RENOVAT SIMULACRUM, &c.] Cassianus. *Dicis ergo quod imaginem Dei, quam diabolus projecerat in corruptionem, pietas divina repararit:* corruptam enim, *inquis*, reparat imaginem; *jam hoc quam subdole quod ais, corruptam reparat imaginem: scilicet vt persuadeas nihil plus fuisse in eo, in quo imago reparabatur, quam in ea ipsa imagine fuerit, cui reparatio præstabatur. Ac per hoc idem tantummodo vis esse Dominum, quod Adam: nihil plus imaginis reparatorem, quam ipsam imaginem corruentem. Denique quid agas, quid molaris, sequentibus probas, dicens:* Sine semine formavit naturam secundum illum qui sine semine nascitur Adam, & per hominem humanam naturam suscitat. *Similem in omnibus & parem Adæ Dominum* JESUM *fuisse asseris: illum vtique sine seminæ, & hunc sine semine; illum hominem solum, hunc hominem solitarium, ac per hoc vides te diligenter cavisse ac prospexisse, ne Dominus* JESUS CHRISTUS, *aut major in aliquo Adamo, aut forte melior putaretur; cum ita eos sibi mensuris paribus comparaveris, vt derogaturum te quodammodo Adæ aliquid crederes, si eidem quidpiam prætulisses.*

Lib. 7. cap. 7.

QUONIAM, INQUIT, PER HOMINEM MORS, &c.] Cassianus. Quoniam enim, *inquis*, per hominem mors, ideo & per hominem resurrectio mortuorum: *etiamne apostolico testimonio perversitatem ac scelus probare niteris, & contagione impietatis tuæ vas electionis infamas? videlicet vt, quia a te auctor salutis tuæ non intelligitur, idcirco etiam Apostolus Deum negasse videatur. & tamen si apostolicis testimoniis vti placebat, cur vno ejus contentus cuncta siluisti, & hoc non subdidisti statim:* Paulus Apostolus ab hominibus, neque per hominem, sed per JESUM CHRISTUM? *aut illud:* Sapientiam loquimur inter perfectos. *Et post alia:* Quam nemo, *inquit*, principum sæculi hujus cognovit. Si enim cognovissent, nunquam Dominum majestatis crucifixissent? *vel illud:* Quoniam in ipso habitat omnis plenitudo divinitatis corporaliter. *Et:* Unus Dominus JESUS CHRISTUS, per quem omnia. *An in parte Apostolum probans, in parte reprobans, in eo tantum eum recipis, in quo pro dispensatione hominem* CHRISTUM *nominat? in eo repudias, in quo Deum? Paulus enim hominem* JESUM *non negat: sed Deum tamen eumdem hominem confitetur; & ita humano generi per hominem resurrectionem venisse predicat, vt in homine tamen ipso Deum resurrexisse confirmet. Vide enim annon eum qui resurrexerit, Deum prædicet, qui eum qui crucifixus est, Deum majestatis esse testatur.*

Gal. 1. v. 1. 1. Cor. 2. v. 6. Ibid. v. 8. Col. 2. v. 9. 1. Cor. 8. v. 6.

AUDIANT HÆC, &c.] Hactenus vtcunque catholice Nestorius; nunc hæretico spiritu debacchatur in divinitatem CHRISTI, & dignitatem Deiparæ virginis: egit enim Nestorius, vt Cassianus monet, veneficorum quorumdam more, qui *in poculis quæ conficiunt, venenis mella permiscent, vt dulcibus nocitura celentur, & dum quis mellis dulcedine capitur, veneni peste perimatur.*

Lib. 7. cap. 6.

A NOBIS FREQUENTER SCISCITANTUR, AN Θεοτόκος DICENDA SIT VIRGO, &c.] In ea quæstione tota vertebatur religionis causa, non quod ageretur de solis nominibus, quod inscite putavit Socrates; sed quod ea brevissima quasi formula comprehenderetur totius rei momentum.

Lib. 7. cap. 31.

ERGO EXCUSABILIS GENTILITAS, &c.] Hæc aliaque multa in idem argumentum auctor, sive epistolæ ad Sporatium, sive capitis duodecimi libri quarti hæreticarum fabularum; atque etiam auctor Prædestinati, vt dictum est in notis ad præfationem.

Lib. 7. cap. 14.

PAULUS ERGO MENDAX, &c.] Id Cassianus refert atque etiam refellit. *Veteris ergo adversus Deus scripturis sacris, & suos in ipsum testes agere conaris. Sed quomodo? Vere, vt non solum Dei, sed etiam testimoniorum ipsorum prævaricator sis. Nec mirum vtique, si quia id quod vis non potes, id facis solum quod potes: qui vertere in Deum testimonia sacra non vales, quod vales ipsa pervertis. dicis enim:* Ergo & Paulus mentitur de CHRISTO dicens: Sine matre, sine genealogia. *Interrogo te, de quo hoc velis dixisse Paulum, de Filio & Verbo Dei, an de* CHRISTO, *quem tu a Filio Dei separas, & ho-*

minem tantum esse blasphemas. Si de CHRISTO *vtique, quem hominem solitarium dicis, quomodo nasci homo sine matre, sine genealogia materna originis potuit? Sin autem de Dei Verbo ac Dei Filio; quid facimus, quod idem Apostolus, vt tu sacrilege æstimas, testis tuus eodem loco atque eodem testimonio, eum quem tu sine matre asseris, etiam sine patre esse testatur, dicens:* Sine patre, sine matre, sine genealogia? *Ergo superest, vt Apostoli testimonio vtens, quia Filium Dei sine matre asseris, etiam sine patre esse blasphemes.*

Ibid. & cap. 15. ΑΠΑΤΩΡ.] Cassianus. *Quis ergo te furor compulit testimonium illud ponere, vbi dum matrem eum non habuisse dicis, etiam patrem ejus negasse videaris? nam cum in eodem testimonio, sicut sine matre, ita etiam sine patre esse dicatur, necesse est, vt eodem modo, quo sine matre esse ibi intelligitur, etiam sine patre esse credatur. Sed hoc præruptæ illa ad negandum Deum insania non intellexit, quæ cum truncatum poneret, quod integrum scriptum est, non vidit, reseratæ sacri voluminis serie, reda gui impudens atque apertum posse mendacium. O stulta blasphemia & amentia, quæ dum ipsa non videt quid sequi debeat, etiam illud non sapuit quid legi possit! quasi vero, quia auferebat sibi intelligentiam, auferre posset omnibus lectionem; aut ideo perditurí omnes ad legendum oculos capitis sui essent, quia ipse jam mentis oculos perdidisset. Audi ergo, hæretice, quod furatus es: audi plena & integra, quæ debilia ac truncata posuisti. Apostolus duplicem Dei nativitatem insinuare omnibus cupiens, vt in deitate natum Dominum & in carne monstraret, ait:* Sine patre, sine matre. *Alterum enim proprium est divinitatis nativitati, alterum carnis. Quia sicut in deitate est sine matre generatus, ita in corpore est sine patre: ac sic cum nec sine patre, nec sine matre sit, & sine patre tamen, & sine matre credendus est. Quia si, dum ex patre nascitur, respicis, sine matre est: si dum ex matre, sine patre. Ac sic in singulis nativitatibus alterum habens, alterum in vtroque non habuit; quia nec divinitatis nativitas matre egut, & ad nativitatem corporis sibi ipse suffecit sine patre: ergo, inquit Apostolus,* sine matre, sine genealogia. *Quomodo sine genealogia Dominum fuisse dicit, cum Evangelium Matthæi Evangelista a genealogia cœperit Salvatoris, dicens:* Liber generationis JESU CHRISTI, filii
Matth. 1. v. 1. David, filii Abraham? *Ergo & juxta Evangelistam habet genealogiam, & juxta Evangelium ex matre habet, juxta Apostolum ex patre non habet. Et ideo bene Apostolus dicens:* Sine patre, sine matre, sine genealogia; *vbi eum sine matre genitum esse posuit, ibi etiam sine genealogia esse memoravit. Ac per hoc in vtraque Domini nativitate, & evangelica sibi, & apostolica simul scripta conveniunt: quia & juxta Evangelistam habet genealogiam, sine patre in carne natus; & juxta Apostolum non habet, sine matre Dominus in dei-*
Isaia 53. v. 8. *tate generatus, Isaia dicente:* Generationem autem quis enarrabit?

Proclus. *Quomodo juxta Paulum sine patre & matre est, Si enim purus homo est, vtique non sine matre est, matrem enim habet. Rursum si purus Deus est, haud dubie non est sine patre, habet enim patrem. Nunc vero vnus idemque est; ἀμίητος, qua creator; ὁπατος vero, qua homo.*

NON, VIR OPTIME, MARIA PEPERIT DEUM, &c.] Locus ille refertur in contradictione anathematismi vndecimi a Mercatore; deinde in obtestatione Eusebii; tum in supplicatione monachorum ad Imperatorem; denique in epistola ad Sporatium, & libro quarto hæreticarum fabularum apud Theodoretum. Supplicantium monachorum notanda sunt hæc verba: *Semel autem atque iterum in aliud tempus rejecti, vix tandem prodiens* (Nestorius, quæ, *inquit*, vultis, ea paucis exponite. *Posteaquam vero ex nobis audivit, quæ docuerat: scilicet* Mariam nihil aliud peperisse, quam hominem sibi consubstantialem; nihil rursum ex carne nasci posse, nisi carnem; *ea rectæ fidei consentanea non esse, statim nos capi jussit, &c. Reducti denuo ab illo in faciem cædimur. Denique composita oratione per fraudem, assensus est, vt postea patuit, de naturali Dei Filio, quod natus sit de sancta Maria Deipara, addens, quoniam est etiam alius filius,* &c. Cap. 12.

NON PEPERIT CREATURA, &c.] Cassianus in hunc locum spectabat, cum scriberet: *Vbi illud tuum?* Non potuit creatura parere creatorem: quod natum est ex carne, caro est, &c. Lib. 7. cap. 24.

DEITATIS INSTRUMENTUM, &c.] Mercator in contradictione vndecimi anathematismi addit, & hominem θεοφόρον; quem in locum intendisse videtur Cyrillus, sive cum quintum anathematismum conderet in hæc verba: *Si quis audet dicere Christum esse ἄνθρωπον θεοφόρον, & non potius Deum secundum veritatem, tanquam vnicum filium, qui naturaliter, secundum quod Verbum caro factum est, participaverit nobis similiter carne & sanguine, anathema sit.* Sive cum ita prius scriberet Nestorio: *Prope fuerunt quidam, vt jam confiteri minime patiantur, quia Deus est* CHRISTUS: *sed potius ὄργανον, καὶ ἐκλαλοῦν τὸν θεόπτον, ὡς ἄνθρωπον θεοφόρον.* Et in epistola ad monachos post relatum Isaiæ testimonium: *En quomodo veluti in spiritu loquens Emmanuelem & Dominum appellet, & Deum nominet, quod non hominem simpliciter θεοφόρον aut instrumenti loco assumptum illum sciret, sed Deum incarnatum.* Et postea prolato Joannis testimonio: *Addo his magnum illum Baptistam Joannem, cum de Christo concionandi exordium faceret, non divinitatis organum, aut hominem simpliciter θεοφόρον, secundum nonnullos, ipsum appellasse, sed Deum incarnatum, id est, hominem factum.* Et iterum: *Quod si quis illum aliud nihil, quam nudum Dei organum, extitisse contenderit, is vel invitus veram filii rationem illi auferet.* Et: *Neutiquam ergo templum illud, quod ex sacra Virgine assumptum est, organi loco acceptum dicimus,* &c. Denique: *Porro autem si neque verus Dei Filius est* CHRISTUS, *neque natura Deus, sed æque ac nos nihil aliud, quam homo, aut divinitatis instrumentum, nequaquam per Deum salutem consecuti sumus.* Epist. 1. Parte 19. Isai. 59. v. 3. Parte 20. Parte 21. Parte 23. Parte 26.

TEMPLUM FABRICATUS EST, QUOD HABITARET EX VIRGINE, &c.] Proclus: *Vbi serpens per inobedientiam virus suum infuderat, ibi Verbum per obedientiam ingressum vivum sibi templum exædificavit.* Orat. paneg. part. 2.

EST, ET NON EST MORTUUS INCARNATUS DEUS, &c.] Quamvis vtriusque codicis eadem sit lectio, vitiosa tamen est atque perturbata; restitui potest hunc in modum: *Est quidem incarnatus Deus, non est mortuus.* Hunc locum Proclus vehementer oppugnat. Orat. paneg. part. 5. & seqq.

PROPTER UTENTEM, &c.] Quæ parte nona decimaque & vndecima continentur, inducta opinor in hunc locum ex sermone septimo, si tamen pauca hæc excipias: *Propter vientem, illud indumentum quo vtitur, colo.* Opinandi ratio est, quoniam, si Cassianus ea verba le Part. 26. 27. & 28.

gisset in sermone hoc, quem apud se habuit, ipsa non prætermisisset, credo, sine gravi reprehensione, cum plena sint impietatis longe nefandissimæ: reliqua enim diligenter persequitur, prout errorem in his comprehendi ratus est.

DOMINI ITAQUE INCARNATIONEM, &c.] Bellovacensis codex non minus corruptus est quam Vaticanus. Sic enim habet: *Domini itaque incarnationem intremiscam susceptricem Dei formam vna ac pari qua Deum Verbum tanquam divinitatis*, &c. Utriusque codicis vitium emendari debuit, partim ex Cassiano, partim ex Cyrillo.

Lib. 7. de Inc. cap. 8. Cassiani sunt hæc verba in vulgatis codicibus: *Sed tamen ne Dominum* JESUM *quasi vnum de plebe crederes, dedisti ei aliquid dignitatis, tribuens ei honorem vt sancto homini, non divinitatem vero homini ac vero Deo. Quid enim dicis:* Formavit Deus dominicam incarnationem: theotoci formam honoremus cum Deo, sicut vnam formam deitatis, sicut divinæ voluntatis inseparabilem statuam, sicut imaginem latentis Dei? *Superius imaginem Dei Adam esse dixisti, hic* CHRISTUM *imaginem dicis; illum statuam, & hunc statuam. Sed gratiæ videlicet tibi pro honore Dei agendæ sunt, quod theotoci formam honorandam cum Deo esse concedis: in quo non tam honor est, quam injuria. Neque enim in hoc ipso tribuis Domino* JESU CHRISTO *honorem divinitatis, sed negas: subtili quippe impietatis arte honorandum cum Deo dicis, ne Deum esse fatearis, & hoc ipso quo videris eum fallaciter conjunxisse, disjungas. Nam cum vtique eum, non vt Deum colendum, sed quasi cum Deo honorandum esse blasphemes, ideo ei tribuis divinæ vicinitatis conjunctionem, vt deitatis auferas veritatem. Impiissime & callidissime hostis Dei, peragere vis scelus negantis, sub nomine confitentis.* Honoremus, *inquis*, sicut divinæ voluntatis inseparabilem statuam, sicut imaginem latentis Dei. *Profecit videlicet apud nos per beneficia sua honor creatoris, ac redemptoris nostri Domini* JESU CHRISTI. *Si ideo ab eo de æterno interitu redempti sumus, vt redemptorem nostrum statuam diceremus, digno videlicet obsequio, digno cultu respondere benignitati ac pietati illius nitimur, si majestatem, quam ille propter nos humiliare non renuit, nos etiam auferre conemur.*

Quanquam hic ipse locus Cassiani correctione eget; sic enim legendus: *Formavit Deus dominicam, incarnationem,* θεοδόχον *formam honoremus cum Deo, sicut vivam formam deitatis, sicut divinæ majestatis inseparabilem statuam, sicut imaginem latentis Dei*, &c.

Legendum ita docet non tantum consequens oratio, vt apparet; sed etiam Cyrillus in epistola ad suos Constantinopoli agentes. *Quia causatur*, inquit, *locutionem inconsuetam flagitari Dei genitricem, id est,* θεοτόκον *virginem sanctam. Dicat nobis ipse interrogatus, vbi genitricem* CHRISTI, *id est,* χριστοτόκον *scriptura loquatur? An vllum episcopale concilium est, quod* θεοδόχον, *id est susceptricem, vel capacem deitatis formam nominaverit* CHRISTUM? *in illo enim quaternione, quem huc misit, nosque vehementer offendit, ita est,* τὸν θεοδόχον, &c. 1. part. conc. Eph. cap.

Ex hoc Cyrilli testimonio colligere est, Nestorii sermonem, quo de agimus, aliqua ex parte apud Mercatorem deficere, siquidem apud ipsum desiderantur extrema verba, atque, vt probabile est, longe plura.

DUPLUM ENIM NATURARUM, &c.] Adversus hanc sententiam vehementer disputat Marius Mercator in appendice ad contradictionem duodecimi anathematismi. Part. 2. & sqq.

SERMO SECUNDUS

IN ECCLESIA HABITUS

DE DOGMATE SEU ΘΕΟΓΝΩΣΙΑ,

id est,

de conjunctione inconfusa duarum naturarum in Christo, & communione nominum, velut in Apollinaristas.

HABITUM in Ecclesia docet Cyrillus: inscriptum de dogmate ostendunt tituli excerptorum concilii Ephesini. Dogmatis nomine intelligi θεογνωσίαν, atque adeo cognitionem, humanitatis simul & divinitatis Christi, loquitur exordium. Seriem partium non excogitatam a nobis ad arbitrium, sed veram esse facile noverit, quisquis loca, vnde singulæ sumptæ sunt, inter se contulerit. Inscriptio ad Acacium Melitenum.

Ex epistola Cyrilli ad suos apocrisiarios.

Οὐ ταῖς κραυγαῖς κρίνω τὸν ἐμὸν φιλοτοργίαν, ἀλλὰ τῷ θεῖ τὰ δόγματα πόθῳ, καὶ τῷ μεμνῆσθαι τῆς τοῦ δεσπότου, καὶ θεότητος ἅμα καὶ ἀνθρωπότητος.

Καὶ μετ' ὀλίγα· Καὶ παρακαλῶ τοὺς ἡμετέρους δήμους, εὐλαβεῖσθαι μὲν πολλὴν κεκτημένους, καὶ θερμοτάτην εὐσέβειαν, ὅτι δὲ τῆς θείας τὸ δόγμα θεογνωσίας πεπληρωμένοις. τοῦτο δὲ οὐκ ἔγκλημα

NON clamoribus probo erga me studium nostrum; sed laudo circa dogmata desiderium, & quod deitatis & humanitatis Domini meministis.

Et post pauca: Aspicio populos multam quidem reverentiam, & pietatem prudentissimam possidere; ignorantia vero θεογνωσίας cæcutire. Hoc autem non est crimen

μα τῶν λαῶν· ἀλλὰ πῶς ἂν ὑπερεπῶς εἴποιμι, τὸ μὴ ἔχειν τοὺς διδασκάλους κομψὸν καί τι τῶν ἀκριβέστερον ὑμῖν προσθεῖναι δογμάτων.

men plebis; sed vt verecunde dicam, propterea quod doctores elimatius & liquidius vobis aliquid etiam de dogmatibus tempus non habuerint apponendi.

Ex lib. 3. Cyrilli adversus Nestorium.

Μέμνησθε δέ που πολλάκις μοι πρὸς ὑμᾶς εἰρηκότα, πάς διπλᾶς πρὸς τὸν δεσπότην Χριστὸν διακρίνοντι φύσεις. διπλαῖ μὲν γὰρ τῇ φύσει, τῇ δὲ ἀξίᾳ μοναδικαί. ἡ γὰρ τῶν φύσεων αὐθεντία, διὰ τὴν συναφειαν μία, τῶν μὲν φύσεων ἐν τῇ οἰκείᾳ τάξει διὰ παντὸς μενουσῶν. τῆς δὲ ἀξίας συνηνεμένης, ὡς προεφθεγξάμην, εἰς αὐθεντίαν μοναδικήν.

Memministis autem prorsus eorum, quæ sæpe dixi vobis, cum duas in Christo Domino naturas distinguerem: duæ sunt enim, si naturam spectes; si dignitatem, simplex. Naturarum enim auctoritas vna est, propter conjunctionem; naturis quidem semper in suo ordine permanentibus, sed dignitate conjuncta, vt jam dixi, in auctoritatem vnicam.

Ex lib. 2. Cyrilli adversus Nestorium.

Διὰ τοῦτο βουλόμεθα ὑμᾶς μετὰ ἀσφαλείας χρυσοῦν. διαίρεσις οὐκ ἔστι τῆς συναφείας τοῦ ἀξιώματος, τῆς ἑνότητος. αὐτοῦ τοῦ εἶναι Χριστὸς οὐκ ἔστι διαίρεσις. τῆς θεότητος καὶ ἀνθρωπότητος ὄντι διαίρεσις. ὁ Χριστὸς κατὰ τὸ Χριστὸς ἀδιαίρετος, οὐ γὰρ ἔχομεν δύο Χριστούς, οὐδὲ δύο υἱούς. οὐ γὰρ ἔστι παρ' ἡμῖν πρῶτος καὶ δεύτερος, οὐδὲ ἄλλος καὶ ἄλλος, οὐδὲ πάλιν ἄλλος υἱός, καὶ ἄλλος πάλιν. ἀλλ' αὐτὸς ὁ εἷς ἐστι διπλοῦς, οὐ τῇ ἀξίᾳ, ἀλλὰ τῇ φύσει.

Propterea volo vos cautius favere, vel plaudere: divisio non est, neque conjunctionis, neque potentiæ, neque filiationis, neque hujus, quod est Christus. In his divisio non est; in deitate vero & humanitate divisio est. Christus, secundum quod est Christus, indivisus est; & filius, secundum quod est filius, indivisus est. Non enim habemus duos Christos vel duos filios; neque est apud nos primus Christus, & secundus; neque alter & alter; neque iterum alter filius, & iterum alter filius; sed idem ipse est duplex, non dignitate, sed natura.

Ex eodem libro.

Ἀλλ' ὥσπερ λέγομεν Θεὸν τὸν πάντων δημιουργὸν, καὶ Θεὸν τὸν Μωσέα· Θεὸν γὰρ, φησὶ, τέθεικά σε τοῦ Φαραώ. καὶ υἱὸν τὸν Ισραὴλ τοῦ Θεοῦ· Υἱὸς γὰρ, φησὶ, πρωτότοκός μου Ισραὴλ. καὶ ὥσπερ λέγομεν Χριστὸν τὸν Σαοὺλ· Οὐ μὴ γὰρ, φησὶν, ἐπιβαλῶ τὴν χεῖρά μου ἐπ' αὐτὸν, ὅτι Χριστὸς κυρίου ἐστί. Καὶ Κῦρον ὡσαύτως· Τάδε λέγει κύριος τῷ Χριστῷ μου Κύρῳ. Καὶ τὸν Βαβυλώνιον ἅγιον· Ἐγὼ γὰρ, φησὶ, συντάσσω αὐτοῖς. ὅτι λέγομεν καὶ τὸν δεσπότην Χριστὸν, καὶ Θεὸν, καὶ υἱὸν, καὶ ἅγιον. ἀλλ' ἡ μὲν κοινωνία τῶν ὀνομάτων ὁμοία. οὐχ ἡ αὐτὴ δ' ἀξία.

Exod. 7. v. 1.
Exod. 4. v. 22.
1. Reg. 24. v. 7.
Isai. 45. v. 1.
Isai. 13. v. 3.

Quoties igitur sancta scriptura dictuta est, vel generationem Christi ex beata Virgine, vel mortem, nusquam Deum dicit, sed aut Christum, aut JESUM, aut Dominum; quoniam hæc tria naturas indicant duas, modo hanc, modo illam, modo vtramque. Est autem tale quod dico, quoties nobis generationem ex Virgine Scriptura commemorat, quid dicit? *Misit Deus Filium suum*; non dicit: Misit Deus Verbum; sed vtitur eo nomine, quod naturas indicat duas. quia enim filius homo est & Deus, dicit: *Misit Deus Filium suum suum factum ex muliere*; vt cum audieris, *factum ex muliere*, statim reputes nomen positum, quod naturas indicat duas; & generationem

Excerpto l. Ephesino.

Οτὰν οὖν ἡ θεία γραφὴ μνήμην λέγῃ, ἢ θάνατον τοῦ Χριστοῦ τὴν ἐκ τῆς παρθένου, ἢ θάνατον, οὐδαμοῦ φάσκει πᾶσα, Θεὸς, ἀλλ' ἢ Χριστὸς, ἢ υἱὸς, ἢ κύριος. ὅπερ ταῦτα τὰ τρία τῶν δύο φύσεων εἰσὶ σημαντικά· ποτὲ μὲν ταύτης, ποτὲ δὲ ἐκείνης, ποτὲ δὲ ταύτης κἀκείνης. εἴ τι λέγω, ὅτὰν τὲ ἐξ οὐρανοῦ γέννησιν ἡμῖν ἡ γραφὴ διηγῆται, τί λέγει· Ἐξαπέστειλεν ὁ Θεὸς τὸν υἱὸν αὐτοῦ, οὐκ εἶπεν, ἐξαπέστειλεν ὁ Θεὸς τὸν θεὸν λόγον. ἀλλὰ λαμβάνει τὸ ὄνομα τὸ μεμυνον τὰς φύσεις τὰς δύο. ὅπερ γὰρ ὁ υἱὸς ἄνθρωπος ὄντι καὶ Θεὸς, λέγει· Απέστειλεν τὸν υἱὸν αὐτοῦ γενόμενον ἐκ γυναικὸς, ἵνα ἴδῃς τὸ ὄνομα προσκείμενον τὸ μενυον τὰς φύσεις τὰς δύο, ἵνα τὴν γένεσιν τὴν ἐκ

Gal. 4. v. 4.

ex beata Virgine Filii voces. Filium enim Dei peperit virgo Χριστότοκος: nam quoniam Filius Dei duplex est in naturis, peperit quidem Filium Dei, quia peperit hominem, qui est Filius Dei, propter conjunctum ei Filium Dei.

Quod in nativitate ex Christi genitrice Virgine divina scriptura ponat Filii nomen, declaravimus. Audi jam & in morte, & vide sicubi tandem Dei nomen est positum, vt passibilem Deum inducamus. *Cum inimici essemus*, inquit, *reconciliati sumus Deo per mortem Filii ejus*; non dicit, *per mortem Dei Verbi.*

Rom. 5. v. 10.

Erat quidem Deus Verbum ante incarnationem, & Filius, & Deus cum Patre; sumpsit vero novissimis temporibus servi formam: sed cum sit & antea filius, & ita vocetur post assumptionem, non potest vocari divisus Filius, ne duos filios constituamus; sed quia illi conjunctus est, qui erat a principio Filius, non potest secundum dignitatem filiationis divisionem suscipere. Quoad dignitatem filiationis, inquam, non quoad naturas; propterea & Deus Verbum nominatur Christus, quia habet conjunctionem cum Christo perpetuam; neque contingit, vt Deus Verbum sine humanitate faciat aliquid: perducta est enim ad summam conjunctionem, non tamen ad deificationem, vt sapientes e recentioribus dogmatistis asserunt.

Ita etiam Christum secundum carnem, propter conjunctionem, quam habet cum Deo Verbo, Deum nominamus, scientes esse hominem, qui apparet. Audi vtrumque Paulum prædicantem: *Ex Iudæis*, inquit, *Christum secundum carnem, qui est supra omnes Deos.* Prius hominem confitetur, deinde conjunctione ad Deum, dicit Deum eum, qui apparet, ne quis Christianitatem hominis putet esse cultricem.

Rom. 9. v. 5.

Audi etiam, hoc nomen, Dominus, aliquando de humanitate Christi, aliquando de divinitate ejus, aliquando de vtraque positum. *Quotiescumque manducabitis panem, & calicem bibetis, mortem Domini annuntiabitis.* Audi ex præcedentibus imperitiam objicientium, quod maximam esse legant hujus mysterii vtilitatem, & cujus commemorationem hominibus afferat; atque audi non me hoc dicentem, sed beatum Paulum: *Quotiescumque manducabitis panem hunc*; non dixit, quotiescumque

1 Cor. 11. v. 26.

τῆς μακαρίας παρθένου, υἱοῦ μόνου, καλῶς. υἱὸν γὰρ ἐγέννησε Θεοῦ καὶ ἡ Χριστότοκος παρθένος. ἀλλ' ἐπειδήπερ ὁ υἱὸς τοῦ Θεοῦ διπλοῦς ἐστι κατὰ φύσιν. ἐγέννησε μὲν τὸν υἱὸν τοῦ Θεοῦ, ἀλλ' ἐγέννησε τῷ ἀνθρωπότητα ἥτις ἐστὶν υἱὸς, διὰ τὸν συνημμένον υἱόν.

Ex lib. 5. Cyrilli adversus Nestorium.

Οτι μὲν οὖν ὅτι τῆς γεννήσεως τῆς ἐκ τῆς Χριστοτόκου παρθένου πίστει ὁ υἱὸς, ἡ θεία γραφὴ, δεδηλώκαμεν. ἄκουσον δὲ καὶ ὅπου τοῦ θανάτου, εἰ ἔστι ποτὲ κείμενος ὁ Θεὸς, ἵνα καθυποβάλῃ τὸν Θεὸν εἰσαγάγωμεν. Εχθροὶ, φησὶν, ὄντες, κατηλλάγημεν τῷ Θεῷ διὰ τοῦ θανάτου τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ. οὐκ εἶπε, διὰ τοῦ θανάτου τοῦ Θεοῦ λόγου.

Ex lib. 2. Cyrilli adversus Nestorium.

Ην μὲν γὰρ ὁ Θεὸς λόγος, καὶ πρὸ τῆς ἀνθρωποποιΐας, υἱὸς καὶ Θεὸς, καὶ συναϊδιος τῷ πατρὶ. ἀνέλαβε δὲ ὑστέροις καιροῖς τὴν τοῦ δούλου μορφήν. ἀλλ' ὢν πρὸ τούτου υἱὸς, καὶ καλούμενος μετὰ τὴν ἀνάληψιν οὐ δύναται καλεῖσθαι κεχωρισμένος υἱὸς, ἵνα μὴ δύο υἱοὺς δογματίζωμεν. ἀλλ' ἐπειδήπερ ἐκείνῳ συνῆπται ὡς ἐν ἀρχῇ ὅλη υἱῷ πρὸς αὐτὸν συναφθέντι, οὐ δύναται κατὰ τὸ ἀξίωμα τῆς υἱότητος διαίρεσιν δέξασθαι. κατὰ τὸ ἀξίωμα, φημὶ, τῆς υἱότητος, οὐ κατὰ τὴν φύσιν. διὰ τοῦτο καὶ Χριστὸς, ὁ Θεὸς λόγος ὀνομάζεται ἐπειδήπερ ἔχει τὴν συνάφειαν τὴν πρὸς τὸν Χριστὸν διὰ παντός. καὶ οὐκ ἔστι τὸν Θεὸν λόγον ἄνευ τῆς ἀνθρωπότητος πρᾶξαί τι. ἀπηκρίβωται γὰρ εἰς ἄκραν συνάφειαν, οὐκ εἰς ἀποθέωσιν, κατὰ τοὺς σοφοὺς τῶν δογματιστῶν τῶν νεωτέρων.

Ex lib. 1. Cyrilli adversus Nestorium.

Αλλ' οὗτος ὁ κατὰ σάρκα τοῦ Ισραὴλ συγγενὴς, ὁ κατὰ τὸ φαινόμενον ἄνθρωπος, ὁ κατὰ τὴν Παύλου φωνὴν ἐκ σπέρματος γεγεννημένος Δαβὶδ, πολυτιμήτῳ τῇ συναφείᾳ Θεός. ἄκουσον ἀμφότερα τοῦ Παύλου κηρύττοντος, ὁμολογῶ τὸν ἄνθρωπον πρότερον, καὶ τότε τῇ τοῦ Θεοῦ συναφείᾳ θεολογῶ τὸ φαινόμενον, ἵνα μηδεὶς ἀνθρωπολατρείαν τὸν Χριστιανὸν ὑποπτεύῃ.

Ex lib. 1. Cyrilli adversus Nestorium.

Ακουσον δὲ τοῦ, κύριος, ποτὲ μὲν ὅτι τῆς ἀνθρωπότητος τοῦ Χριστοῦ, ποτὲ δὲ ὅτι τῆς θεότητος αὐτοῦ, ποτὲ δὲ ἐπ' ἀμφοτέρων κείμενον. ὁσάκις ἂν ἐσθίητε τὸν ἄρτον τοῦτον, καὶ τὸ ποτήριον τοῦτο πίνητε, τὸν θάνατον τοῦ κυρίου καταγγέλλετε. ἄκουσον οὐκ τῶν πεπονθυμένων τὴν ἀμαθίαν τῶν ἀπιστούντων, ὡς ἱερὰν ἀναγινώσκουσι τοῦ μυστηρίου τὴν ὠφέλειαν, καὶ τίνος τοῖς ἀνθρώποις παρέχεται τὴν ἀνάμνησιν. Καὶ ἄκουσον μὴ ἐμοῦ ταῦτα λέγοντος, ἀλλὰ τοῦ μακαρίου Παύλου· Οσάκις ἐσθίητε τὸν ἄρτον τοῦτον. οὐκ εἶπεν, ὁσάκις

Ex lib. 4. Cyrilli adversus Nestorium.

ἂν ἐαθίητε τὴν θεότητα ζωότιν· Οσάκις ἂν ἐαθίητε τ ἄρτον τ̃ον. βλέπετε τὸν τ σώματος αὐτ̃ τ διασωτικ̃ ὃ προσκείμενον· Οσάκις ἂν ἐαθίητε τ ἄρτον τ̃ον, οὗ ἐστι ὃ σῶμα ἀντίτυπον. ἴδωμεν οὖν τίνος ὁ θάνατος. Οσάκις ἂν ἐαθίητε τ ἄρτον τ̃ον, καὶ τὸ ποτήριον τ̃ο πίνητε, τ θάνατον τ κυρίου καταγγέλλετε. ἀκ̃ουσον δὲ καὶ τοῖς ἐφεξῆς φανερώτερον, ἄχρις οὗ ἔλθῃ. τίς ὁ ἐρχόμενος; ὄψονται τ υἱὸν τ ἀνθρώπου ἐρχόμενον ἐπὶ τ νεφελῶν τ οὐρανοῦ μετὰ δόξης πολλῆς. καὶ τὸ δὴ μεῖζον, προσ τ ἀποστόλων ὁ προφήτης σαφέστερον τ ἐρχόμενον δείκνυσι, καὶ κέκραγε πρὸς Ιουδαίων βοάν· Ὄψονται εἰς ὃν ἐξεκέντησαν. τίς οὖν ἐστιν ὁ κεντηθείς; ἡ πλευρά. πλευρὰ δὲ σώματος, οὐ θεότητος ἐστί.

manducabitis divinitatem hanc, ſed *quotieſcumque manducabitis panem hunc.* Vide de corpore dominico illi propoſitum eſſe: *Quotieſcumque manducabitis panem hunc*, cujus eſt ipſum corpus antitypum. Videamus ergo cujus mors. *Quotieſcumque manducabitis panem hunc, & calicem hunc bibetis, mortem Domini annuntiabitis.* Audi in ſequentibus apertius, *donec veniat.* Quis autem veniet? *Videbunt filium hominis venientem in nubibus cæli cum gloria multa.* Et quod majus eſt, ante Apoſtolos Propheta manifeſtius venientem oſtendit, & clamat de Judæis dicens: *Videbunt in quem compunxerunt.* Quid igitur illud compunctum eſt? Latus. Latus vero non eſt Dei, ſed hominis.

Matt. 24. v. 30.

Zach. 11. v. 10

Ioan. 19. v. 37

Excerpto 10. Epheſ.

Ασύγχυτον τοίνυν τὴν τ φύσεων τηρήσωμεν συνάφειαν. ὁμολογῶμεν τ ἕνα Θεὸν. σέβωμεν τ τῇ θείᾳ συναφείᾳ ὦ πανυπερτάτῳ Θεῷ συμπροσκυνούμενον ἀνθρωπον.

Inconfuſam igitur ſervemus naturarum conjunctionem; confiteamur in homine Deum; colamus divina quadam conjunctione cum Deo omnipotente adorandum hominem.

Ex lib. 2. adverſus Neſtorium.

Εἰπὲ τ ἀναλαβόντα ὅτι Θεός, πρόσθες τ ἀνληφθέντα ὅτι δούλου μορφή. ἐπάγαγε μέγαζωῦν τ τ συναφείας ἀξίωμα, ὅτι τ δύο ἡ αὐθεντία κοινή, ὅτι τ δύο ζωὴν τ ἀξίωμα. τ φύσεων μένουσῶν, ὁμολόγει τὴν τῆς ἀξίας ἑνότητα.

Dic de aſſumente, quod Deus ſit; adjice de aſſumpto, quod ſervi forma; infer poſtea conjunctionis dignitatem, quod communis ſit duorum auctoritas, quod eadem ſit duorum dignitas; manentibuſque naturis, confitere vnitatem.

SERMO TERTIUS

HABITUS A NESTORIO

VELUT IN ARIANOS ET MACEDONIANOS,

reipſa adverſus catholicos veræ naturarum vnionis in Chriſto defenſores, interprete Mario Mercatore.

Ex l. 4. adverſ. Neſtor.

ΠΛΕΙΟΝΑ τ εἰς αὐτὸν κατασκευάζοντες ὕβρεν, τὸ πνεῦμα τ θείας ἀποτέμνοντες φύσεως, ὃ τ ἀνθρωποτρόπως αὐτ ἀφαπλάσαν· Τὸ γὰρ ἐν τῇ Μαρίᾳ, φησὶ, γεννηθὲν, ἐκ πνεύματός ἐστιν ἁγίου. κατ διαστολὴν τὸ πλασθὲν ἀνέπλασεν· Εφανερώθη γὰρ, φησὶν, ἐν σαρκὶ, ἐδικαιώθη ἐν πνεύματι. ὃ δαίμοσι φοβερὸν ἐργαζόμενον· Εγὼ γὰρ, φησὶν, ἐν πνεύματι Θεοῦ ἐκβάλλω τὰ δαιμόνια. ὃ τ αὐτ σάρκα πεποιημένον ναόν· Τεθέαμαι γὰρ, φησὶ, τὸ πνεῦμα καταβαῖνον ὡσεὶ περιστερὰν, καὶ μεμένηκεν ἐπ' αὐτόν. ὃ τὴν ἀνάληψιν αὐτῷ χαρισάμενον· Εντειλάμενος γὰρ, φησὶ, τοῖς ἁγίοις ἀποστόλοις, οὓς ἐξελέξατο διὰ πνεύματος

AMPLIOREM in Chriſtum injuriam excogitantes, Spiritum ſanctum a divina diſſecant natura, qui ejus humanitatem figuravit in vtero Virginis: *Quod enim*, inquit Scriptura, *in ea natum eſt, de Spiritu ſancto eſt*; qui ſecundum juſtitiam, quod figuratum eſt, reformavit: *Manifeſtum enim*, inquit, *in carne, juſtificatum eſt in ſpiritu*; qui eum terribilem & formidabilem dæmonibus faciebat: *Ego enim*, inquit, *in Spiritu Dei ejicio dæmonia*, qui ejus carnem templum eſt fabricatus: *Vidi enim ſpiritum*, inquit, *deſcendentem tanquam columbam, & manentem ſuper eum*; qui ei in cælum aſcenſionem donavit: *Præcipiens enim*, inquit Scriptura, *Apoſtolis quos elegit per Spiritum*

I.

Matth. 1. v. 20.

1. Tim. 3. v. 16.

Luc. 11. v. 20.

Ioan. 1. v. 32.

Act. 1. v. 32.

sanctum, elevatus in cælum est. Hic, inquam, spiritus, qui tam magnam gloriam donavit, esse ab his asseritur Christi servus.

II. Quomodo vero sit servus, qui cum Filio cooperatur & Patre: nam si quis requirat opera Spiritus, ea inveniet nec distantia nec dissimilia operibus Patris & Filii; non quia vna deitas dividatur, sed quia divina scriptura ea, quæ sunt vnius virtutis, singulis substantiis dispertiat, vt Trinitatis similitudo demonstretur: hoc considera, incipiens ab operibus suo tempore factis: *Deus Verbum factum est caro, & habitavit in nobis.* Considere sibi fecit assumptum hominem Pater: *Dixit enim Dominus Domino meo, sede ad dexteram meam.* Ejus qui assumptus, gloriam clarificavit Spiritus: *Quando enim venerit spiritus veritatis, ipse me clarificabit.*

Ioan. 1. v. 14.
Ps. 109. v. 1.
Ioan. 16. v. 4.

III. Visne etiam aliam ad hæc adjiciamus Trinitatis efficientiam? Habitavit Filius in corpore. Commendavit baptizatum Pater. Efformavit eum in Virgine Spiritus. Apostolos Filius elegit: *Ego*, inquit, *elegi vos.* Pater sanctificavit: *Pater*, inquit, *sanctifica eos in veritate tua.* Spiritus effecit oratores.

Ioan. 15. v. 19.
Ioan. 17. v. 17.
Act. 2. v. 4.

IV. Et isti quidem, (Ariani) tametsi majore paternæ deitatis Verbum Deum minorem delirent, non tamen novellum fatentur: hi autem eum etiam beatæ Mariæ secundum & posteriorem esse pronuntiant, & temporalem matrem opifici temporum divinitati consignant: quin imo nec matrem Christi esse concedunt. Si enim non hominis natura, sed Deus Verbum erat, quem illa pariebat, quæ peperit, nequaquam mater ejus, qui natus est, invenitur: quomodo enim aliqua fiet ejus mater, qui a natura genitricis est alienus? Quod si vera mater ab iis appellatur: ergo qui editus est, non divinitatis natura est, sed homo; siquidem proprium omnis est matris consubstantivum sibi parere.

V. Ergo non erit mater quæ consubstantivum sibi minime peperit. Ergo, quia mater ab iis dicitur, eum qui secundum substantiam similis est, genuit. Quis autem secundum substantiam ejus erit similis? Is sine dubio, qui Spiritus sancti opificio extitit: *Quod enim in ea natum est, de Spiritu sancto est;* cum quo indefinenter erat Verbum Deus.

Matt. 1. v. 20.

VI. Verbum ergo Deus non est natus ex Maria, sed in illo, qui ex ea natus est, mansit. Non ex Virgine initium habuit, sed illi, qui crescendo per menses paulatim compositus in vtero Virginis est,

ἁγίῳ, ἀνελήφθη. Τοῦτο δὲ ὁ τηλικοῦτῳ Χριστῷ συμεσάμενον δόξαν, Χριστοῦ καταστοχάζεται δοῦλον.

Πᾶς γὰρ εἴη δοῦλον, φησὶ, ὁ μὴ πατρὸς καὶ υἱοῦ ἐργαζόμενον. κἂν ζητοίη τις τὰς τοῦ πνεύματος πάξεις, εὑρήσει τῷ τοῦ πατρὸς καὶ υἱοῦ κατ' οὐδὲν λειπομένας· οὐχ ὡς τῆς μιᾶς μεριζομένης θεότητος, ἀλλὰ τῆς θείας γραφῆς τὰ τῆς μιᾶς ἰσχύος, καὶ καθ' ἑκάστῳ μεριζομένης ὑποστάσει, εἰς ἀπόδειξιν τοῦ τῆς τριάδος ὁμοίου. καὶ μοι σκόπει τὸ ὅμοιον σὺν τῷ σὺν ἔργοις χαιρῶν ἀρξάμενον. Ὁ Θεὸς λόγος ἐνηνθρώπησε σαρξ, καὶ ἐσκήνωσεν ἐν ἡμῖν. συνεκάλεσεν ἑαυτῷ τὸν ἀνθρωφθέντα ἀνθρωπότητα ὁ πατήρ· Εἶπε γὰρ ὁ κύριος τῷ κυρίῳ μου, κάθου ἐκ δεξιῶν μου. τὸν τῷ ἀνθρωφθέντος τὸ πνεῦμα κατελθὸν συνεκρότησε δόξαν· Ὅταν γὰρ τὸ πνεῦμα τῆς ἀληθείας ἔλθῃ, ἐκεῖνο ἐμὲ δοξάσει.

Βούλει καὶ ἀκόλουθα τούτοις αὐτοῖς τῆς τριάδος ἐνέργειαν; ἐνέφυσεν ὁ υἱὸς ἐν τῷ σώματι. συνέστησεν ὁ πατὴρ βαπτιζόμενον. διέπλασεν ἐν παρθένῳ τὸ πνεῦμα. τοὺς ἀποστόλους ὁ υἱὸς ἐξελέξατο· Ἐγὼ γὰρ, φησὶν, ὑμᾶς ἐξελεξάμην. ὁ πατὴρ ἡγίασε. Πάτερ γὰρ, φησὶν, ἁγίασον αὐτοὺς ἐν τῇ ἀληθείᾳ σου. Τὸ πνεῦμα κατεσκεύασε ῥήτορας.

Ὅμως οἱ κἂν θεότητος μείζονος τὸν Θεὸν λόγον ληρεῖν νεώτερον· ὅτοι οἱ αὐτὸν τῆς μακαρίας Μαρίας ἐργάζονται δεύτερον, καὶ μητέρα χρονικὴν τῇ δημιουργῷ τῶν χρόνων ἐφιστῶσι θεότητι, μᾶλλον οὐδὲ μητέρα τοῦ Χριστοῦ τὴν χριστοτόκον ἐάσιν. Εἰ γὰρ οὐκ ἀνθρώπου φύσις, ἀλλὰ Θεὸς ὁ λόγος ἦν, ὃ περὶ ἐκείνης, ἡ τεκοῦσα τὸν τεχθέντος οὐ μήτηρ. πῶς γὰρ εἴη τις μήτηρ τοῦ τῆς φύσεως τῆς αὐτῆς ἀλλοτρίου; Εἰ δὲ μήτηρ περὶ αὐτῶν ὀνομάζοιτο, ἀνθρωπότης ὁ τεχθεὶς, οὐ θεότης· πᾶσης γὰρ ἴδιον μητρὸς ὁμοούσια τίκτειν.

Ex Excerpto 16. Ephes.

Ex l. 1. adverf. Neftor.

Η οὖν οὐκ ἔσται μήτηρ ὁμοούσιον ἑαυτῇ μὴ τεκοῦσα. ἡ μήτηρ περὶ αὐτῶν καλουμένη τὸν ἑαυτῇ κατ' οὐσίαν ἐλόμενον ὅμοιον.

Ibidem.

inſeparabiliter omni tempore ſociatus eſt. Aliud eſt autem dicere: Cum illo qui natus eſt, manet; & aliud, illum, qui cum nato manet, hunc eſſe, cui, vt naſceretur, menſium opus fuiſſet curriculo.

Ex l. 1. adverſ. Neſtor.

Επειδὴ γὰρ αὐτὸς ὀλίγῳ μέσῃς ἐκκλησίας βεβήλοις ἐχρῆτο καινοφωνίαις, ἀνήρ τις τὴν ἄγαν ἐπιφανῆ, καὶ τελῶν μὲν ἐν λαϊκοῖς ἔτι, πλὴν οὐκ ἀθαύμαστον συναγηλοχὼς ἐν ἑαυτῷ τὴν πάνδοξον, θερμῶτε, καὶ φιλοθέῳ κεκινημένῳ ζήλῳ, καὶ τοῦτο δὴ κεκραγώς· Αὐτὸν, ἔφη τὸν προαιώνιον λόγον, καὶ δευτέραν ὑπομεῖναι γένεσιν, δοῦλον καὶ, ὅτι τὸν κατὰ σάρκα, καὶ ἐκ γυναικός. θορυβουμένων καὶ πρὸς τοῦ τῶν δήμων, καὶ τὴν μὲν πλείστων, καὶ σπουδαῖων, καὶ μετρίοις αὐτὸν ἐπαίνοις τιμησάντων, ὡς δεῖσθαί τε καὶ σπουδαιότατον, καὶ τὰ τῶν δογμάτων ὀρθότητος οὐκ ἠμοιρηκότα, λελυπηκότων γε μὴν κατ' αὐτὸν τὴν ἄλλων, ἀφελεσθαὶ αὐτὸς, ἀποδέχεται μὲν δόγμασι οἰκείοις, οὓς τοῦ ἑαυτοῦ διδάσκων ἀπολώλεκεν. ὑπεδήλωσε καὶ τὴν γλῶτταν αὐτοῦ τε ὡς μὴ ἀναχρωμένῳ τὰ αὐτὰ, καὶ μὴν καὶ τοῖς ἁγίοις πατράσιν, οἱ τὸν δεῖσθαι τὰ πίστεως ὅρον ἡμῖν τεθεσπιοδοτήκασιν, κατὰ τὸ γεγραμμένον.

Ibidem.

Χαίρω γὰρ τὸν ὑμέτερον θεασάμενος ζῆλον, ἀλλοθεν δῆλα σαφῆς τὰ τῶν λεχθέντων ἀπὸ τῆς τοῦ δηλαδὴ μαθείας ὁ ἔλεγχος. ὧν γὰρ δύο γενήσεσθε, τούτων δύο γοῦν· ἡ καὶ ἐκκλησία ἕνα οἶδεν υἱὸν τὸν δεσπότην Χριστόν.

Ibidem.

Δεῖ καὶ ἡμᾶς, νῦν γὰρ ἦλθον εἰς ἔννοιαν, καὶ τὴν τοῦ Νίκαιαν συνόδου μαθεῖν ἀδαμοῦ τολμῶσαν εἰπεῖν, ὅτι ὁ Θεὸς ἐγεννήθη ἐκ Μαρίας. ἔφη γὰρ ὅτι πιστεύομεν εἰς ἕνα Θεὸν πατέρα παντοκράτορα, καὶ εἰς ἕνα κύριον Ιησοῦν Χριστόν. προσίεμεν, ὅτι πρότερον τεθεικότες τὸ, Χριστὸς, ὅ ἐστι μίγμα τῶν δύο φύσεων, οὐκ εἶπον, εἰς ἕνα Θεὸν λόγον, ἀλλ' ἔλαβον τὸ ὄνομα τὸ σημαῖνον ἀμφότερα, ἵνα ὅταν ὑποκαταβαίνων ἀκούσῃς θανάτου, μὴ ξενίζῃ, ἵνα τὸν σταυρωθέντα, καὶ ταφέντα, μὴ πληγῇ τῇ ἀκοῇ, ὡς θεότητος τοῦ παθούσης.

Ex l. 1. adverſ. Neſtor.

Εἶτα τούτοις ὑπιφέρει. πιστεύομεν εἰς ἕνα κύριον Ιησοῦν Χριστὸν, τὸν υἱὸν, τὸν μονογενῆ, τὸν οὐκ ἐκ πατρὸς γεννηθέντα, τὸν ὁμοούσιον τοῦ πατρὶ, τὸν κατελθόντα ἐκ τοῦ οὐρανοῦ δι' ἡμᾶς, καὶ σαρκωθέντα ἐκ πνεύματος ἁγίου. οὐκ εἶπον, ὅτι ἐκ γεννηθέντα ἐκ πνεύματος ἁγίου. διερμηνεύοντες τοῖς ἁγίοις πατέρας τί δὴ ἄρα ὁ σαρκω-

(Cum Neſtorius in media Eccleſia profanis vteretur vocum novitatibus, quibus & Θεοτόκου, & geminam Chriſti nativitatem inſectabatur, vir quidam ſane probus, qui adhuc inter laicos erat, ſed tamen admirabilem ſibi collegerat eruditionem, ferventi & religioſo zelo permotus, & contentiori voce inclamans: *Ipſum*, inquit, *ante ſæcula Verbum etiam ſecundam ſubiiſſe generationem*, id eſt, illam ſecundum carnem, & ex muliere, Tumultuantibus ad iſta populis, & majori ac ſaniori parte maximis illum laudibus attollente, vt pium & ſapientem in primis, & rectorum dogmatum haud expertem, aliis nihilominus adverſus illum efferatis, ipſe (Neſtorius) ſe interponit, moxque illos approbat, quos ſua docendo perdiderat: cæterum in eum linguam exacuit, qui ipſius dogmata non ſuſtinuerat; & in ſanctos Patres, qui piam fidei definitionem nobis conſtituerant, atque ait.)

Gaudeo veſtrum aſpiciens zelum: indidem enim perſpicue coargui poſſunt, quæ ab infelici homine ſunt flagitioſe dicta. Nam quorum duæ ſunt generationes, eorum duo ſint filii neceſſe eſt; ſed Eccleſia vnum agnoſcit filium ipſum Dominum Chriſtum.

Nos autem oportet noſſe, id quod modo venit in recordationem, concilii Nicæni, quod nuſquam auſum eſt dicere, quia Verbum Deus natum eſt ex Virgine Maria, ait enim: *Credimus in vnum Patrem omnipotentem, & in vnum Dominum* JESUM CHRISTUM. Attendite, quia prius cum Patres poſuiſſent, Chriſtum, quod duarum naturarum conjunctionem demonſtrat, non dixerunt, *in vnum Deum Verbum*; ſed acceperunt nomen, quod ſignificaret vtrumque, vt non ſubdeſcendendo, cum audis mortem, nulla novitate turberis, & cum crucifixum & ſepultum, tanquam divinitate ita patiente, non vulnereris auditu.

Deinde videamus quid illi ſubjungunt. *Credimus & in vnum Dominum* JESUM CHRISTUM, *vnigenitum Patri, qui propter nos deſcendit, & incarnatus eſt de Spiritu ſancto.* Non dixerunt, quia natus eſt de Spiritu ſancto. Vide quemadmodum interpretentur ſubdeſcendendo: quia dixerunt hominem factum. Deum, inquiunt, dicimus incarna-

tum, non mutabilitatem in carnem suscipiente divina natura, sed inhabitationem, quam gessit in homine, demonstrantes.

Et post aliquanta. Hoc retinete, quoniam prætermittentes dicere: *Credimus in Deum Verbum filium ejus vnigenitum*; dixerunt: *Credimus in vnum Dominum* JESUM CHRISTUM, *consubstantivum Patri, Deum verum de Deo vero, per quem omnia facta, qui propter nos homines, & nostram salutem descendit, atque incarnatus est de Spiritu sancto, ex Maria Virgine, & homo factus est.* Nusquam dixerunt, natus est. Cur putamus? Ut non duas nativitates introducerent divinitatis.

Et post aliquanta. Sic enim Scriptura dicit: *Misit Deus Filium suum factum ex muliere, factum sub lege.* Hic quidem duas demonstrat naturas. Quod autem tantum circa hominem contigit, narrat. Exige certe a contentioso, quis sub lege sit factus. Verbum Deus? nequaquam.

Gal. 4. v. 4.

Quid igitur dicebamus? *Ne timeas accipere Mariam conjugem tuam: quod enim natum est,* (sive natum, sive factum dixerimus, sensui nihil nocet) *quod enim in ea natum est, ex Spiritu sancto est.* Si dixerimus, quod Deus Verbum natum est in vtero; (est enim aliud simul esse cum nascente, aliud nasci) quod enim, inquit, in ea natum est, ex Spiritu sancto est, hoc est, Spiritus sanctus creavit id, quod est in ea. Viderunt igitur Patres, vtpote scientes sanctarum scripturarum, quod si eum, qui incarnatus est, natum dixerimus, invenietur Deus Verbum Filius Spiritus sancti, aut duos patres habens. Si vero factum dixerimus, invenietur Deus Verbum creatura Spiritus sancti. Fugientes igitur generationis dictionem dixerunt ita: *Qui descendit propter nostram salutem & incarnatus est.* Quid est, incarnatus? non conversus a divinitate in carnem.

Matth. 1. v. 20.

In eo quod dixerunt, incarnatus ex Spiritu sancto, secuti sunt Evangelistam: nam cum Evangelista venisset ad σαρκοφόρησιν, fugit generationem de Verbo dicere, & dixit incarnationem. Audi: *Et Verbum caro factum est*; non dixit: *Verbum per carnem factum.* Ubi enim aut Apostoli aut Evangelistæ Filii faciunt mentionem, dicunt, *natum ex muliere.* Adverte, quæso, vbi dicunt nomen Filii, id quod natum est, ex muliere, natum dicunt. Ubi vero Verbi faciunt mentionem, nemo audet dicere, generationem per humanitatem. Audi beatum Joannem Evangelistam, cum venisset ad Verbum & σαρκοφόρησιν ejus.

Ioan. 1. v. 14.

θέντα ὑπὲρ, φησὶν, εἰπὼν ὁ σαρκοφόρησα. ἢ τοῦτο τὸ ἰδίας φύσεως ὑπομένασης, εἰς τὴν σάρκα, ἀλλὰ τὴν συνοίκησιν τοῦ εἰς ἄνθρωπον.

Ἐξαπέστειλε γὰρ, φησὶν, ὁ Θεὸς τὸν υἱὸν αὐτοῦ γενόμενον ἐκ γυναικὸς, γενόμενον ὑπὸ νόμον. σιωπῶν μὲν τὰς δύο φύσεις. ὁ συμβαῖνον δὲ περὶ τὸν ἄνθρωπον, λέγει. ἐπεὶ ἀπαίτησον τὸν φιλόνεικον, τίς ἐστὶν ὑπὸ νόμον· ὁ Θεὸς λόγος;

Ibidem.

Οὐκοῦν οὖν τί ἐρουμεν; Μὴ φοβηθῇς παραλαβεῖν Μαρίαν τὴν γυναῖκά σου· ὃ γὰρ ἐν αὐτῇ γεννηθὲν, (εἴτε τεχθὲν εἴτε γενόμενον, ὃ οὐδὲν λυμαίνεται, ὃ γὰρ ἐν αὐτῇ τεχθὲν, ἐκ πνεύματός ἐστιν ἁγίου. ἐὰν εἴπωμεν, ὅτι ὁ Θεὸς λόγος ἐγεννήθη ἐν τῇ σαρκί. ἄλλο γὰρ τὸ συνεῖναι τῷ γεννωμένῳ, καὶ ἄλλο τὸ γεννᾶσθαι. ὃ γὰρ ἐν αὐτῇ γεννηθὲν, ἐκ πνεύματός ἐστιν ἁγίου, τουτέστι, τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ἔκτισε τὸ ἐν αὐτῇ. εἶδον οὖν οἱ πατέρες, ὡς ὑπεριδόντες τῶν θείων γραφῶν, ὅτι ἐὰν ὑπὲρ τὴν σαρκοφόρησιν τοῦ γεννηθέντα, εἰρήκεται ἢ υἱὸς πνεύματος ὁ Θεὸς λόγος, ἢ δύο πατέρας ἔχων, ἢ δι' ἑνὸς εὑρεθήσεται ὁ Θεὸς λόγος κτίσμα τοῦ πνεύματος ὤν· φεύγοντες γοῦν τὴν γεννήσεως λέξιν εἴρηκαν, τὸν καταλθόντα δι' ἡμᾶς τοὺς ἀνθρώπους, καὶ σαρκωθέντα τὴν ἡμετέραν σωτηρίαν σαρκωθέντα. τί ἐστι, σαρκωθέντα, ἀπὸ θεότητος εἰς σάρκα.

Ex l. 1. adverf. Neſtor.

Τῷ, σαρκωθέντα ἐκ πνεύματος ἁγίου, ἠκολούθησαν τῷ εὐαγγελιστῇ· καὶ γὰρ ὁ εὐαγγελιστὴς φθάσας εἰς τὴν σαρκοφόρησιν, ἔφυγε γεννήσιν εἰπὼν ὅτι τὸν λόγον, καὶ τέθεικε σαρκωσιν. ποῦ; ἄκουσον· Καὶ ὁ λόγος σὰρξ ἐγένετο. οὐκ εἶπεν· Ὁ λόγος σὰρξ ἐγεννήθη. ὅταν μὲν γὰρ μνημονεύωσιν οἱ ἀπόστολοι, ἢ οἱ εὐαγγελισταὶ τοῦ υἱοῦ, πτάσιν, ὅτι ἐγεννήθη ἐκ γυναικός. ἐνθάδε τοῦ λεγομένου, παραλαβεῖν, ὅταν μὲν λέγωσι τὸ ὄνομα τοῦ υἱοῦ, καὶ ὅτι ἐγεννήθη ἐκ γυναικός, πτάσι τὸ ἐγεννήθη, ὅταν δὲ μνημονεύωσι τὸν λόγον, οὐδεὶς αὐτὸν ἐτόλμησεν εἰπεῖν γεννήσει περὶ τὸν αἰ-

Ex l. 1. adverf. Neſtor.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

πησιν αὐτὸ, ἄκουσον οἷά φησιν· Ο λόγος σὰρξ ἐγένετο, τουτέστιν, ἀνέλαβε σάρκα, καὶ ἐσκήνωσεν ἐν ἡμῖν, τουτέστιν, ἡμετέραν ἐνεδύσατο φύσιν, καὶ ἐνώκησεν ἐν ἡμῖν. Καὶ ἐθεασάμεθα τὴν δόξαν αὐτοῦ τοῦ υἱοῦ. Οὐκ εἶπεν· Εθεασάμεθα τὴν γένεσιν τοῦ λόγου.

Audi quid dicat: *Verbum caro factum est*; hoc est, assumpsit carnem; *& habitavit in nobis*; hoc est, nostram induit naturam. *Et vidimus gloriam ipsius Filii*; non dixit: *Vidimus generationem Verbi.*

Ex lib. 5. adversus Nestor.

Επεὶδὴ γὰρ εἰρήκασιν, ὅτι πιστεύομεν εἰς ἕνα Θεοῦ λόγον, ἔμελλεν ὁ γαλιλαῖος τῇ θείᾳ λογίζεσθαι φύσει, ὄνομα δίχονταιχοινὸν ὁ, Χριστὸς Ιησοῦς, ἵνα καὶ τὸν ἀποθανόντα σημάνωσι, καὶ τὸν μὴ ἀποθανόντα· ὥστε εἴ τις λέγοι, ὁ δεῖνα ἀνθρωπος ἀπέθανε, κἄιτοι ἡ ψυχὴ ἀθάνατος ἐστιν, ἀλλ' ὅτε τὸ ὄνομα εἶπε τὸ σημαῖνον τὰς δύο φύσεις, καὶ τὸ σῶμα τὸ ἀποθνῆσκον, καὶ τὴν ψυχὴν τὴν ἀθάνατον, οὐκ ἔχει κίνδυνον ἡ φωνή. ἀνθρωπος γὰρ κεκλῆται ἀμφότερα, καὶ τὸ σῶμα, καὶ ἡ ψυχή. οὕτω πίνων καὶ ὁ μέγας ἐκεῖνος χορὸς ἔφη περὶ Χριστοῦ.

Et post aliquanta. Quoniam vero si dixissent: *Credimus in vnum Deum Verbum*; futurum erat, vt mors divinæ naturæ tribueretur: ideo nomen accipiunt commune, nempe *Iesus Christus*, vt & mortuum illum significarent, & illum non mortuum. Itaque perinde ac si quis dicat, ille homo est mortuus, quamvis anima sit immortalis; tamen quia nomen dixit, quod significat duas naturas, & corpus quod moritur, & animam immortalem, ideo nihil est periculi in ea voce: vtrumque enim vocatur homo, & corpus, & anima. Ita igitur etiam magnus ille chorus de Christo dixit.

Tribuitur Nestorio.

SERMO TERTIUS A NESTORIO HABITUS.] Id, vt initio diximus, præter Marium Mercatorem, testes quinque affirmant.

A Cyrillo. *Lib. cont. c. 9.*

Cyrillus. *Rursum namque sic scribit, cum adversus Arianos disputationem instituisset.* Divinitate certe, quæ major est, ipsum Dei Verbum recentius esse nugantur: at vero hi beata Maria ipsum posterius efficiunt, & matrem temporalem ipsi deitati opifici temporum præponunt. *Et alibi:* Deus Verbum factum est caro, & habitavit in nobis. Secum considere fecit Pater assumptam humanitatem, &c. *Et postea: Hic autem bonus vir Deum Verbum Deo Patri consubstantiale, perinde ac si ignoraret, ipsum factum hominem, non abjiciendo quod Deus est, sed potius assumendo, quod non erat, audet extenuare. Nam cum sancto Spiritui, vt dictum est, patrocinetur, Filium afficit injuria, vbi adversus Arii sectatores ita dicit:* Majorem in ipsum struentes injuriam, & Spiritum a divina natura separantes, qui humanitatem ejus formavit, &c.

Lib. 4. c. 1.

Cap. 3.

Cassiano. *Lib. 7. de Incarnat. c. 17.*

Cassianus. *Ais ergo in alia disputatione, imo in alia blasphemia tua:* Spiritum a divina natura separant, qui humanitatem ejus creavit. Ait enim, quia *quod ex Maria natum est, de Spiritu sancto est*, & cætera ad hæc vsque verba: *Hunc denique, qui tantam gloriam Christo donavit.*

Eusebio Doriläi. *1. part. conc. Ephes. c. 13.*

Eusebius in obtestatione. *Nestorius ait:* Divinitati, quæ tempora condidit, matrem temporalem assignant. *Rursum Paulus:* Maria Verbum suscepit, neque est antiquior Verbo. *Nestorius ait:* Qui fieri queat, vt Maria ex se genuerit antiquiorem se? *Paulus ait:* Maria edidit hominem nobis similem. *Nestorius dicit:* Qui ex Virgine natus est, homo est. *Paulus ait:* Atqui per omnia nobis præstantior est, nam de Spiritu sancto est, divinisque editus promissis, & juxta Scripturam, gratia illi data est. *Nestorius ait:* Vidi Spiritum descendentem quasi columbam, & manentem super illum, necnon ascensionis vim illi impertientem; quandoquidem præcipiens Apostolis quos elegerat, per Spiritum sanctum assumptus est. Hic igitur ille est qui hanc tantam gloriam Christo impertitus est.

Petro primicerio notariorum. *Act. 1. conc. Ephes.*

Petrus primicerius notariorum. Quomodo sit servus, inquit, qui cum Filio cooperatur & Patre? Et si quis requirat opera Spiritus, inveniet ea non distantia operibus Patris & Filii, & cætera, ad hæc vsque verba: Quando enim venerit Spiritus veritatis, ipse me clarificabit.

Ambrosio juniore.

Auctor conflictus Arnobii cum Serapione. *Item in alia prædicatione, cujus initium est:* Sæpe mecum fluctus vitæ versans, & terrestrium rerum multiplicem mutabilitatem, sparsasque per vitam insidias cogitans, hæsitans exclamavi: Quis poterit liberari? *Et post paululum ait:* Spiritum a divina separant natura, qui humanitatem ejus creavit. Quod enim ex Maria natum est, de Spiritu sancto est, &c.

Quo tempore habitus.

Cum aperte constet, sermonem hunc esse Nestorii, quæ fierit forte quispiam, quo tempore habitus sit. Ante profecto quam Nestorius primam epistolam daret ad Celestinum Papam: cum ea enim missus est Romam, & inde ad Cassianum, qui decerpsit, quæ antea retulimus; imo ante propositam obtestationem ab Eusebio, siquidem ipse ex eo probavit Nestorii cum Samosateno consensionem; multo potiori jure ante scriptos a Cyrillo contradictionum libros, excerptasque Alexandriæ, & Romam allatas per Possidonium diaconum Nestorii blasphemias: ista enim duo post epistolam præfatam propositamque obtestationem acta sunt.

Cum igitur Nestorius primas Celestino literas dederit ann. 429. sub autumnum, cumque obtestatio proposita videatur ante dictam a Proclo panegyricam orationem ann. 429. mense Martio, die 25. necesse est vt hic primum ann. 429. sub finem Decembris statim secutus sit, atque ita dictus sit circa initium Januarii.

Quas in partes tributus.

VELUT IN ARIANOS ET MACEDONIANOS.] Duas fecit Nestorius partes sui tractatus: primam contra Macedonianos, alteram in Arianos; sed ea tamen sive calliditate, sive malitia contra singulos disseruit, vt exaggeret ille quidem hæreticorum dogmatum impieta-

tem, non eo tamen vsque, quin videri possent catholicorum sententiis tolerabiliora. Atque hæc causa, cur Mercator, atque etiam Cyrillus, sermonem habitum dicat, non simpliciter adversus Arianos, sed velut adversus Arianos.

Utriusque partis fragmenta quæ restant, par est credere præ toto admodum exigua esse. Unica enim Macedonianorum blasphemia, qua Spiritum sanctum asserebant CHRISTI servum, refellitur in prima parte; in altera leviter Arianorum causa attingitur.

Prima est contra Macedonianos.

AMPLIOREM IN CHRISTUM, &c.] Refellitur quidem impietas Macedonionorum de Spiritu sancto CHRISTI servo, sed per alteram non minorem, qua CHRISTUS ipse sancto Spiritu minor dicatur; a quo nempe, & in vtero Virginis formatus sit, & justitia ornatus, & dæmonibus terribilis effectus, & in templum divinitatis consecratus, & gloria ascensionis donatus.

Secunda in Arianos.

ET ISTI QUIDEM, &c.] Leviter, vt dixi, sed improbe Arianorum causam attingit, vt ab iis minus quiddam impium dicat, quam a catholicis defensoribus Incarnationis proferri. Ait enim ab his & illis Verbum deprimi; sed tamen ita, vt ab Arianis subjiciatur soli divinitati, qua minor asseratur; a catholicis etiam creaturæ, qua recentius dicatur.

Argumentum frequens Nestorianorum.

QUIN IMO NEC MATREM CHRISTI, &c.] Admodum placuit argumentum illud Nestorianis, vt nemo fere non vsurpaverit: reperitur certe apud Eutherium. *Quidquod*, inquit, *secundum istos, ne mater quidem fuerit Virgo. Si enim Verbum seipsum fecit carnem, non ex illa carne assumpta prodiit. Quomodo enim mater sit, cujus quod natum est, partem nullam in se habet? quomodo partus dicatur inconveniens ille quasi per canalem transitus? non igitur matrem, sed vas faciunt Virginem sanctam.*

Serm. 3.

De Eusebio qui fuit Episcopus Dorylæi.

VIR QUIDAM SANE PROBUS, QUI ADHUC INTER LAICOS ERAT, &c.] Vir ille qui probus dicitur, qui admirabiliter eruditus, qui fidei studio incensus, qui tunc inter laicos adhuc erat, cum Nestorio contradiceret, quique postmodum, quod vox ista, *adhuc*, significat, in altiorem gradum evectus est, alius proculdubio non est ab Eusebio postmodum Dorylæi Episcopo. Quo enim tempore primus omnium Nestorii hæresim deprehendit, non tantum florebat virtutis laude famaque eruditionis, & studio fidei, sed etiam inter advocatos vrbis regiæ censebatur.

Atque ex his aperte intelligitur, quam ob causam Eusebius famosam illam suam obtestationem publice Constantinopoli proposuerit, qua Pauli Samosateni Nestoriique consensionem demonstraret. Cum enim palam hæreticos restitisset, ab eoque male habitus esset, tanquam impie locutus, sentiebat interesse suæ famæ, imo & catholicæ fidei, patefacere omnibus, sed præsertim clericis, quam merito id fecisset.

Tempus obtestationis ab Eusebio propositæ.

Intelligitur etiam tempus publicatæ obtestationis: secuta est enim sermonem Nestorii adversus Arianos, anteceßit orationem Procli, atque ita incidit in medium circiter Januarium. Sic enim verum est, quod scripsit Leontius, ab Eusebio primum deprehensam, imo & publice reprehensam Nestorii hæresim: nemo enim prius Episcopum regiæ vrbis, & Imperatori carum ausus est palam arguere.

Quærat vero aliquis, cur obtestationem, quæ in vulgatis Ephesini concilii codicibus tribuitur clericis Constantinopolitanis, nos Eusebio tam affirmanter, repugnantibus licet omnibus conciliorum editoribus, adjudicemus. Respondeo id a nobis fieri ratione simul & auctoritate veterum. Nam primum qui obtestationem proponit, vnus quidam est. *Quicumque*, ait, *schedam hanc accepturi sunt, eos per sacrosanctam Trinitatem adjuro, obtestorque*, &c. Deinde postulat ille chartam communicari *Episcopis, presbyteris, diaconis, lectoribus, necnon & laicis quoque Constantinopoli habitantibus ad evidentem hæretici Nestorii confusionem*. Hæc autem duo vt convenire possint in clericos Constantinopolitanos, apte omnino congruunt vni alicui homini, qui neque inter Episcopos censeretur, neque inter presbyteros, aut etiam diaconos, & lectores Constantinopoli habitantes. Accedit apertum Leontii scholastici testimonium: *Proposita est*, inquit, *vtriusque confutatio, Pauli scilicet & Nestorii, ex testimonio publice proposito, vt aiunt, ab Eusebio, qui tunc florebat in judicandi potestate: postea autem præfectus fuit Ecclesiæ Dorylæensium. qui divino zelo, vt testantur, incensus, primus hæresim Nestorii & Eutychis deprehendit, & convicit, infinitis periculis pro pietate objectus. Audi igitur cum quibus & cujusmodi blasphemiis ex Paulo Samosatensi collectis Nestorii blasphemias conjunxit, & vnam vtriusque mentem amentissimam esse demonstravit*, &c.

Lib. 3. cont. Nestorianos & Eutychianos. tom. 4. antiquarum lectionum.

De symbolo Constantinopolitano.

CONCILII NICÆNI, &c.] Apud Constantinopolitanos non aliud symbolum erat in vsu, quam Nicænum, cum tamen alio vterentur Antiocheni, eoque non parum diverso. Nestorius, vt Constantinopoli disputabat adversus catholicos, attulit Nicenum; Cassianus contra Nestorium Antiochenum adhibuit. Ut autem vtriusque differentia innotescat, visum est operæ pretium alterum alteri ὑπερβολικῶς opponere.

Lib. 6. toto.

SYMBOLUM NICÆNUM, QUOD ET CONSTANTINOPOLITANUM.

CREDIMUS in vnum Deum, Patrem omnipotentem, omnium visibilium & invisibilium creatorem.

Et in vnum Dominum JESUM CHRISTUM, Filium Dei vnigenitum, natum ex Patre, hoc est, ex Patris substantia, Deum de Deo, lumen de lumine, Deum verum de Deo vero: genitum non factum, consubstantialem Patri: per quem omnia facta

SYMBOLUM ANTIOCHENUM.

CREDO in vnum & solum verum Deum, Patrem omnipotentem, creatorem omnium visibilium & invisibilium creaturarum.

Et in Dominum nostrum JESUM CHRISTUM, Filium ejus vnigenitum, & primogenitum totius creaturæ, ex eo natum ante omnia sæcula, & non factum, Deum verum ex Deo vero, ὁμοούσιον Patri, per quem & sæcula compaginata sunt, & omnia facta.

Qui

ſunt, & quæ in cælo, & quæ in terra.

Qui propter nos homines, & propter noſtram ſalutem deſcendit, & incarnatus eſt, & homo factus eſt, & paſſus eſt, & tertia die reſurrexit; aſcendit ad cælos, venturus judicare vivos & mortuos.

Et in Spiritum ſanctum.

Qui autem dicunt: Erat aliquando cum non eſſet, & priuſquam naſceretur, non erat: vel quod ex non exiſtentibus, aut ex alia ſubſtantia, vel eſſentia ſit: aut qui Filium Dei mutationi, aut alterationi obnoxium aſſerunt; hos catholica & apoſtolica anathematizat Eccleſia.

Qui propter nos venit, & natus eſt ex Maria virgine, & crucifixus ſub Pontio Pilato, & ſepultus, & tertia die reſurrexit ſecundum Scripturas, & in cælos aſcendit, & iterum veniet judicare vivos & mortuos.

Lib. 6. c. 9. 10. 11. & 12. NON VULNERERIS AUDITU, &c.] Hunc locum acriter exagitat Caſſianus. *Quid dicis?* (Neſtorium alloquitur) *Quid eſt cur qui ex* Χεροτόκῳ *natus eſt, Filius Dei non putetur?* Si dixerimus, *inquis:* Credo in Deum, Verbum Filium Dei vnigenitum, ex Patre natum, ὁμοούσιον Patri, qui deſcendit & ſepultus eſt; non ſtatim auditus ipſe accipit plagam. *Fidem ergo ſalutis noſtræ, ſacramentum ſpei eccleſiaſticæ* tu auditus tui atque aurium plagam *putas. Et quomodo quondam cum ad baptiſmum curreres, ſanis hæc ſacramenta auribus audiebas? Quomodo cum te magiſtri Eccleſiarum docerent,* aures tuæ non vulneratæ ſunt? *Sine vlla tunc certe* plaga, *duplici oris atque aurium fungebaris officio, cum & audita ab aliis diceres, & ipſe te dicentem dictor audires. Vbi erant tunc* hæc aurium tuarum vulnera? *Vbi hæc* auditus tui plaga? .·.·.·. Plaga ergo auditus tui, & vulnus aurium tuarum *eſt Deus natus, & Deus paſſus. Et vbi illud tuum eſt, Paule Apoſtole:* Nos autem prædicamus Chriſtum crucifixum, Judæis quidem ſcandalum, gentibus autem ſtultitiam: ipſis autem Judæis vocatis & Græcis Chriſtum Dei virtutem, & Dei ſapientiam? .·.·.·.·.·.·. *Vulnerabantur ergo illorum aures ad prædicationem, ac paſſionem Dei, ſicut nunc* vulnerantur *tuæ. Plagam eſſe hoc auditus ſui putabant, ſicut tui putas. Et hinc erat, quod ad nomen Dei ac Domini* JESU CHRISTI, *prædicante Chriſtum Deum Apoſtolo, claudebant illi capitis ſui aures, ſicut tu claudis animi.* 1. Cor. 1. v.

EPISTOLA MARII MERCATORIS

DE DISCRIMINE INTER HÆRESIM NESTORII, ET DOGMATA PAULI SAMOSATENI, Ebionis, Photini, atque Marcelli.

Marius Mercator, ſervus Chriſti, lectori conſervo ſalutem.

I. SAMOSATENI Pauli atque Neſtorii, eſt iſta, non minus impia, quam vana doctrina. Neſtorius circa Verbum Dei, non quidem vt Paulus ſentit, qui non ſubſtantivum, ſed prolatitium potentiæ Dei efficax Verbum eſſe definit: non confitetur tamen idem Neſtorius de Verbo ſubſtantivo, ipſum Filium Dei naturaliter eſſe; ſed dicit, argute quidem, quia non expreſſe, ab æternitate Filium non eſſe, ſed Verbum tantum, quod in ſubſtantia Patris manens, Deus ſit conſubſtantialis *, quem Græci ὁμοούσιον dicunt; Filium vero illum eſſe & dici debere aſſerit, qui ex Maria ſit natus.

* conſubſtantivus

II. Atque ita dividit æternum a temporali; illi quidem Deo & Dei Verbo, quæ majeſtatis ſunt; huic vero alteri, quæ humanæ infirmitatis ſunt, deputans: propter individuam autem, atque inſeparabilem connexionem dignum fuiſſe habitum nuncupatione Filii Dei, quippe qui hoc ipſum pro meritis, & ex adoptione habeat, non ex natura.

III. Verum cum ei a catholicis objicitur, cur per hunc ſenſum duos Chriſtos & duos Filios ſentiat, pro ſe ipſe ita reſpondet: *Ego*, inquit, *vnum Chriſtum definio, qui a chriſmate vnctus ſit dicendus; vnum hunc ipſum eſſe Filium Dei, quia*, vt ſuperius dictum eſt, *indiviſibili ſocietate Deo Verbo conjunctus eſt; nonnunquam propter hanc ipſam inſeparabilem conjunctionem, vel con-*

nexionem, etiam Verbum illud iisdem cognominibus connuncupari, quæ ab ejus natura sunt penitus aliena; ex merito tandem hunc JESUM CHRISTUM *singularis nativitatis, & incomparabilis vitæ, dignum fuisse habitum, tanquam templum, tota plenitudine divinitatis, atque ab hoc Deo & Dei Verbo inhabitari.*

IV. In eo igitur Paulo Samosateno conjungitur, in quo habitatorem & habitaculum, pro meritis separat, dividens quod vnicuique eorum sit proprium, ex diversitate naturæ; quod quidem illis ambobus cum Ebione, & Photino, & Galata Marcello commune est.

V. In eo vero, quod substantiale Verbum Dei confitetur, & esse ab æterno cum Patre Deum asserit, a memoratis recte dissentit, & fidei rectæ conjungitur.

VI. Sed quod iterum idem Verbum Deum naturaliter Dei Patris non esse Filium dicit, sed Verbum tantum, vt superius exposuimus, & in Christo Domino dividit merita vniuscujusque substantiæ, impietatis magnum crimen incurrit, & hinc tanquam alienus & extorris ab ecclesiastica fide jure damnatus est.

EPISTOLA MARII MERCATORIS.] Qua occasione scripta sit, quoque tempore, dictum est in præfatione historica; nempe anno secundo Nestorii, mense Januario sub initium, post tres priores sermones de sua impietate a Nestorio in Ecclesia habitos, vt silentibus præ metu clericis, argueretur nefanda hæresis ab isto etiam laico: quare vt gemina est cum obtestatione Eusebii, ita vitæ sunt ambæ, cum altera alteri lucem afferat, non dissociandæ, sed obtestatio notis, quarum instar merito sit, subjicienda. Non tamen ex recentiore versione sive Peltana, sive Romana; verum ex antiqua potius, quæ, vt Latinitate cedat alteri, fidelitate certe præstat, imo videtur esse ipsiusmet Mercatoris, cum non abhorreat a ratione interpretandi, quam se consilio sequi Marius professus est, in præfatione ad sermones Nestorii contra Pelagianos; & plena sit vocibus quas Marius pene affectat; & verba Nestorii complectatur, quæ aliis in operibus Mercator perinde interpretatur.

SERVUS CHRISTI.] Eo se nomine inscribit, quo solebant laici, vt inde constet eum tunc temporis non fuisse constitutum in vllo cleri gradu: illa enim ætate nemo clericus sui gradus nomen non gaudebat præferre.

LECTORI CONSERVO.] Ut erat epistola spargenda in vulgus, & per manus tradenda obvio cuique, ita nulli singulari personæ inscripta est; sed generaliter conservo ejus, qui se diceret servum Christi, cujus gloria periclitabatur ab hæretico. Opinor autem Græce primum scriptam, tum Latine, aut vtraque lingua simul a Mercatore, vt nullius gentis homines præteriret. Simile quiddam Marius in Commonitorio præstitit.

SAMOSATENI PAULI, &c.] Super hac collatione Nestorii cum Samosateno, operæ pretium est consulere, præter obtestationem Eusebii, Nestorium ipsum & Mercatorem; & illum quidem postremis duobus sermonibus, in quibus conatur amoliri a se crimen consensionis cum Samosateno & Photino; hunc vero contradictione ad duodecimum anathematismum Nestorii, sub finem. De ipsa dicemus prolixe in singulari dissertatione de hæresi Nestoriana.

ARGUTE QUIDEM, QUIA, &c.] Admonitio hæc observanda est, ne videatur Mercator imponere Nestorio in speciem affirmanti Verbum ante incarnationem & Filium & Deum fuisse; verum cum vbique passim dicat Filii nomine significari duas naturas, recte infert ab eo Mercator asseri Verbum ab æternitate Filium non esse, sed Verbum tantum: quanquam totus hic locus adeo implicatus est, ne dicam, corruptus, vt vix sensus attingi queat. In novis forte rebus, neque Nestorius, vt fit, aperuit satis mentem; neque Mercator satis ex verbis ambiguis intellexit sententiam hominis eam tegere quærentis. Serm. 3. Serm. 2.

PRO MERITIS, &c.] Ne merita cogites proprie dicta, sive operum; sed ἀξίωσιν, id est, dignationem, eamque Dei adoptantis: neque enim opinatus est vnquam Nestorius, recte factis filium Virginis conjunctionem cum Verbo obtinuisse, cum infinitis in locis doceat, in ipso Virginis vtero naturas fuisse conjunctas. Popularem super ea re opinionem convellemus in dissertatione prima.

DAMNATUS EST, &c.] Ab Eusebio vtique in obtestatione, & a fidelibus reliquis ab Episcopo discedentibus, propter nova & inaudita contra pristinam traditionem dogmata. De obtestatione vide quæ annotata sunt ad quintum sermonem Nestorii, vbi suo auctori vindicata est contra popularem opinionem.

Obtestatio publice proposita Constantinopoli adversus impios Nestorii sermones.

CONJURO accipientem hanc chartam, per sanctam Trinitatem, vt eam palam faciat Episcopis, presbyteris, diaconibus, lectoribus, laicis habitantibus Constantinopolim. Insuper etiam exemplar eis præbeat ad increpationem Nestorii, quia similia sapit anathematizato Paulo Samosateno ante annos centum sexaginta ab orthodoxis Episcopis. Sunt autem quæ ab vtroque dicta sunt, hæc.

Paulus dixit: *Maria Verbum non genuit.* Nestorius consone dixit: *Non genuit, optime, Maria divinitatem.* Serm. 1.

Paulus dixit: *Neque enim fuit ante sæcula.* Nestorius dixit: *Et Matrem temporalem opifici temporum assignant divinitati.* Serm. 3.

Paulus dixit: *Maria Verbum suscepit, & non est senior Verbo.* Nestorius dixit: *Quomodo ergo se antiquiorem peperit?* Serm. 1.

Paulus dixit: *Maria peperit hominem nobis æqualem.* Nestorius dixit: *Homo est, qui natus ex Virgine.* Ibidem.

Paulus dixit: *Melior est vero per omnia, quoniam ex Spiritu sancto, & ex Scripturis, & ex promissionibus, in eo gratia.* Nestorius dixit: *Vidi enim,* inquit, *Spiritum descendentem quasi columbam, & manentem super* Serm. 3.

eum illum, qui ascensionem ei donavit. Mandans, *inquit*, Apostolis, quos elegit per Spiritum sanctum, assumptus est; *qui videlicet tantam Christo donavit gloriam.*

Act. 1. v. 2.

Paulus dixit: *Ut neque qui ex David ortus est, alienus sit a sapientia; neque sapientia in alio sic inhabitet. Etenim in Prophetis erat, magis autem in Mose, & in multis * Dominis; potius autem in Christo, tanquam in templo.* Et alibi dixit, *alium esse* JESUM CHRISTUM, *& aliud Verbum.* Nestorius dixit: *Nunquid possibile est eum, qui ante omnia sæcula natus est, * aliud semel nasci, & hoc divinitate?* Ecce probatus est aperte transgressor dicens: *Non est natus de Maria, qui natus est de Patre.* Ecce consentit hæretico Paulo dicenti, *alium esse Verbum, & alium* JESUM CHRISTUM, & non esse vnum, sicut recta prædicat fides.

* ωειοις, præcipuis viris

* ἄλλο ἅπαξ

Propterea designavi tibi, o zelota sanctæ fidei, partem * anathematis Ecclesiæ Antiochenæ, (ex qùa etiam christianorum vocabulum in primis habuimus) quia non novit alium & alium Filium Dei; sed vnum, qui ante omnia sæcula natus est, Deum ex Deo Patre, consubstantialem Patri, & eumdem sub Augusto Cæsare ex Maria natum. Habet enim expresse: *Deum verum ex Deo vero, consubstantialem Patri, per quem & sæcula creata sunt, & omnia perfecta: qui propter nos venit, & natus est ex Maria sancta Virgine; & crucifixus sub Pontio Pilato.* Et reliqua symboli.

* In vulgatis codicibus, μέρος τῦ μαθήματος

Concordat autem his & beatus Eustathius, qui fuit Episcopus Antiochiæ, vnus existens ex trecentis decem & octo Episcopis in sancto magno concilio, dicens ita: *Non solum homo, sed etiam Deus est, sicut & Hieremias Propheta dicit:* Hic Deus noster, non reputabitur alter præter eum. Adinvenit omnem viam disciplinæ, & dedit eam Jacobo puero suo, & Israel dilecto suo. Post hæc in terra apparuit, & cum hominibus conversatus est. *Quando igitur conversatus est cum hominibus, nisi quando natus est cum eis ex Virgine, & cum his infans, & concrevit, & comedit, & combibit?* Et alia.

Baruch 3. v. 36.

Si quis igitur præsumpserit dicere, alium esse Filium ante sæcula vnigenitum, qui de Patre natus est, & alium ex Maria virgine natum, non eumdem vnum Dominum JESUM CHRISTUM, anathema sit.

ΟΜΙΛΙΑ ΠΡΟΚΛΟΥ

ἐπισκόπου Κυζίκου, λεχθεῖσα καθεζομένου Νεσορείου ἐν τῇ μεγάλῃ ἐκκλησίᾳ Κωνσταντινουπόλεως, εἰς τὴν ἐνανθρώπησιν τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ. ὅτι θεοτόκος ἐστὶν ἡ ἁγία παρθένος Μαρία, καὶ ὅτι ὁ τεχθεὶς οὔτε θεὸς γυμνὸς, οὔτε ἄνθρωπος ψιλὸς, ἀλλ' Εμμανουὴλ συγχύτως καὶ ἀμεταβλήτως ὑπάρχων.

HOMILIA PROCLI

Episcopi Cyzici, habita sedente Nestorio in magna Ecclesia Constantinopolis, in incarnationem Domini nostri JESU CHRISTI, *quod Deipara sit beata virgo Maria, & ex ea natus, neque Deus tantum, neque purus homo, sed Emmanuel, inconfuse & incommutabiliter Deus & homo.*

Interprete, vt videtur, Mario Mercatore.

ΠΑΡΘΕΝΙΚΗ πανήγυρις σήμερον τὴν γλῶτταν *; ἀδελφοὶ, παρὸν εὐφημίαν καλῆ, καὶ ἡ παρουσα ἑορτὴ τοῖς συνοῦσιν ὠφελείας γὰρ παρέχει, καὶ μάλα εἰκότως. ἀγνείας γὰρ ἔχει ἐπάθησιν, καὶ δόξαν τὴν γυναικῶν κεύχημα τὸ πεκτόμενον, καὶ δόξαν τὴν θήλεος, ἀφ' ἧς ἐν χρόνῳ μήτηρ καὶ παρθένος. ἐπέρασος αὕτη καὶ ἀξιαίτιος ἡ σωτηρία.

* ἡμῶν

I. VIRGINALIS hodie solemnitas linguam nostram, fratres, in præconium vocat, & præsens festivitas his, qui convenerunt, quasi provisor vtilitatis efficitur: & valde competenter. Castitatis enim habet materiam, & fæminei gloriam sexus, propter eam, quæ in tempore mater est, & semper virgo.

Ἰδοὺ γὰρ γῆ καὶ θάλασσα * δεῦρο φορῶ τῇ παρθένῳ· ἡ μὲν τὰ κύματα τῶν ὀλκάδων γαλήνας ἐφαπλώσασα, ἡ δὲ τὰς ἴχνη τῶν βαδιζόντων ἀκώ-

* δωροφορεῖ

II. Ecce enim & terra & mare munera Virgini offerunt: illud quidem fluctibus dorsum suum tranquille substernens; hæc autem gradientium sine impedi-

mento dirigens vestigia. Gaudeat natura, mulieres honorentur, choros ducat humanitas, glorificentur virgines: *ubi enim abundavit peccatum, superabundavit gratia.* Convocavit nos beata Maria, immaculatum virginitatis vas, rationalis secundi Adam paradisus, opificium vnitionis naturarum, solemnitas salubris commutationis, rubus quem divini partus ignis non combussit, vere levis nubes, quæ eum, qui supra Cherubim est, cum corpore portavit. O cælestis imbris purissimum vellus, ex quo pastor ove indutus est!

Rom. 5. v. 20.

III. Maria mater & ancilla, Virgo & cælum, solus Dei ad homines pons, terribilis dispensationis tela, in qua ineffabilis incarnationis texta est tunica, cujus operis supertextor Spiritus sanctus est; textrix, ex altissimis obumbrans virtus; vestis autem, antiquum Adam indumentum; flocci, ex Virgine immaculata caro; radius, immensurabilis induentis gratia; artifex, quod per obedientiam insiluit Verbum. Quis vidit, quis audivit, quia vulvam Deus incircumscriptus habitavit, & quem cælum non caperet, venter Virginis cepit?

IV. Natus est ex muliere Deus, sed non nudus; & natus est homo, sed non purus; & qui natus est veteris peccati portam, portam salutis ostendit: vbi enim serpens per inobedientiam venenum effudit, ibi Verbum per obedientiam ingrediens templum vivifice plasmavit. Unde primus peccati discipulus Cain emersit, inde generis nostri liberator Christus sine semine pullulavit.

V. Non erubuit amator hominum muliebres partus, vitæ enim erat negotiatio quæ agebatur. Non coinquinatus est habitans viscera, quæ ipse sine contumelia condiderat. Si non virgo mansit mater, purus est homo qui natus est, & non extitit mirabilis partus; si autem & post partum virgo permansit, ille ineffabiliter ex ea natus est, qui sine prohibitione januis clausis ingressus est, cujus conjunctionem naturarum agnoscens Thomas, exclamavit dicens: *Dominus meus & Deus meus.*

Isai. 10. v. 18.

VI. Non erubescas, o homo, partum, ipse enim nobis factus est occasio salutis. Si non ex muliere nasceretur, nequaquam moreretur; si non moreretur, nequaquam per mortem de-

λύτως ὑπερπέμπουσα. σκιρτάτω ἡ φύσις, καὶ γυναῖκες τιμῶνται, χορευέτω ἡ ἀνθρωπότης, καὶ παρθένοι δοξάζωσαν· Ὅπου γὰρ ἐπλεόνασεν ἡ ἁμαρτία, ὑπερεπερισσεύσεν ἡ χάρις συνεκάλεσε μὲν ἡμᾶς σήμερον ἡ ἁγία καὶ θεοτόκος παρθένος Μαρία, ὁ ἀμώλωπτος τῆς παρθενίας κειμήλιον, ὁ λογικὸς τοῦ δευτέρου Ἀδὰμ παράδεισος, ὁ ἐργαστήριον τῆς ἑνώσεως τῶν φύσεων, ἡ πανήγυρις τοῦ σωτηρίου συναλλάγματος, ἡ βάτος ἣν ἡ ὁ λόγος συνεφλόγισε τὸν ἔρικα, ἡ * ἔμψυχος τῆς φύσεως βάλος, ἐφ' ὃ τὸ θείας αὐδίνος πῦρ οὐ κατέκαυσεν, ἡ ὄντως νοῦφη νεφέλη, ἡ τὸν ὑπὲρ χερουβὶμ μετὰ σώματος βαστάσασα. ὁ τοῦ ἐξ οὐρανοῦ ὑετοῦ καθαρώτατος πόκος, ἐξ οὗ ὁ ποιμὴν ὁ παρόβατον ἐνεδύσατο.

* ἐμψυχος

III. Ἡ δούλη καὶ μήτηρ, ἡ παρθένος καὶ οὐρανός, ἡ μόνη Θεῷ πρὸς ἀνθρώπους γέφυρα, ὁ φοβερὸς τῆς οἰκονομίας ἱστός, ἐν ᾧ ἀῤῥήτως ὑφαίνεται τῆς * ἑνώσεως χιτών, ὃ παρ' ἰσουργὸς πνεῦμα τὸ ἄλλον· ἔριθος ὤν, ἡ ἐξ ὑψίστου ἐπισκιάσασα δυνάμις· ἔριον δὲ, ὃ ἀρχαῖον τοῦ Ἀδὰμ κάδιον· κρόκη ὤν, ἡ ἐκ παρθένου ἀμόλυντος σὰρξ· κερκὶς ὤν, ἡ ἀμέτρητος τοῦ φορέσματος χάρις· τεχνίτης, ὁ δι' * ἀκοῆς εἰσπηδήσας λόγος. τίς εἶδε, τίς ἤκουσεν, ὅτι μήτραν ὁ Θεὸς ἀπεριγράπτως ᾤκησεν, καὶ ὃν οὐρανὸς οὐκ ἐχώρησε, γαστὴρ τῆς παρθένου οὐκ ἐστενοχώρησεν;

* σωματικὸν
* ἀκοῆς

Ἀλλ' οὐκ γυναικὸς ἐγεννήθη Θεὸς, ἀ γυμνὸς, καὶ ἄνθρωπος, οὐ ῥυπὸς, καὶ πύλην σωτηρίας ὁ τεχθεὶς πάλαι τῆς ἁμαρτίας ἔδειξε θύραν· ὅπου γὰρ ὁ ὄφις διὰ τῆς παρακοῆς τὸν ἰὸν ἐκέχεεν, ἐκεῖ ὁ λόγος διὰ τῆς ὑπακοῆς εἰσελθὼν, τὸν ναὸν ἐζωοπλάσησεν. ὅθεν ὁ πρῶτος τῆς ἁμαρτίας Κάϊν προέκυψεν, ἐκεῖθεν ὁ τῆς γένους λυτρωτὴς Χριστὸς ἀσπόρως ἐβλάστησεν.

Οὐκ ἠσχύνθη ὁ φιλάνθρωπος τὴν οὐκ γυναικὸς ὠδῖνα· ζωὴ γὰρ ἦν ὃ πραγματευόμενον. οὐκ ἐμιάνθη οἰκήσας μόνα, ἃ αὐτὸς ἀνυβρίστως ἐδημιούργησεν. Εἰ μὴ παρθένος ἔμεινεν ἡ μήτηρ, ψιλὸς ἄνθρωπος ὁ τεχθεὶς, καὶ ἀ πρόδοξος ὁ πόκος. Εἰ δὲ καὶ μετὰ τόκον ἔμεινε παρθένος, ἀκρῆνος ἀφράστως ἐγεννήθη, ὁ καὶ τὴν θύραν κεκλεισμένων ἀκωλύτως εἰσελθὼν, οὗ τὴν συζυγίαν τῶν φύσεων ὁ Θωμᾶς ἀναγνοὺς ἀνεβόησε λέγων· Ὁ κύριός μου, καὶ ὁ Θεός μου.

Μὴ ἐπαισχύνθης τὴν ὠδῖνα, ὦ ἄνθρωπε, αὕτη γὰρ ἡμῖν γέγονε σωτηρίας ἀφορμή. Εἰ μὴ γὰρ ἐκ γυναικὸς ἐγεννήθη, οὐκ ἂν ἀπέθανεν. Εἰ μὴ ἀπέθανεν, οὐκ ἂν διὰ τῆς θανάτου κα-

τήρησε τ̃ ὃ κράτος ἔχοντα τ̃ θανάτου, τουτέστι τὸν διάβολον. οὐχ ὕβρεις ἀρχιτέκτονι, μεῖναι * ἐφ' οἷς ᾠκοδόμησεν, οὐ μαίνει πηλὸν τὸν κεραμέα ἀναχαινίζοντα ὅπερ ἔπλασε σκεῦος· οὕτως οὐδὲ μαίνει τ̃ ἀγγελον Θεὸν, τὸ ἐκ παρθενικῆς γαστρὸς προελθεῖν. εἰ γὰρ πλάττων οὐκ ἐμολύνθη, διὰ ταύτης προελθὼν οὐκ ἐμιάνθη.

* ἐν οἷς

Ω γαστὴρ, ἐν ᾗ τὸ τῆς κοινῆς βουλεύσεως γραμματεῖον συνεπάγη. ὦ κοιλία, ἐν ᾗ τὰ κατ' τὸ θανάτου ὅπλον ἐχαλκεύθη. ὦ ἄρουρα, ἐν ᾗ ὁ τ̃ φύσεως γεωργὸς * ἀσπόρως ἐβλάστησεν. ὦ ναὸς, ἐν ᾧ ὁ Θεὸς γέγονεν ἱερεύς, ὃ τ̃ φύσιν μεταβαλὼν, ἀλλὰ τ̃ κατ' τάξιν Μελχισεδὲκ δι' οἶκτον ἐνδυσάμενος.

* τ̃ σπορεῖ

Ο λόγος σὰρξ ἐγένετο, κἂν οἱ Ἰουδαῖοι ἀπιστῶσιν εἰ πάντα τῷ κυείῳ. ὁ Θεὸς μορφὴν ἀνθρώπου ἐφόρεσε, κἂν οἱ Ἕλληνες κωμῳδῶσι τὸ θαῦμα· διὰ γὰρ τοῦτο, Ἰουδαίοις μὲν σκάνδαλον, Ἕλλησι δὲ μωρίαν, ὁ Παῦλος βοᾷ. τῷ γὰρ μυστηρίου τ̃ δυνάμει οὐκ ἐγνώσθη, ὅτι καὶ λόγον τὸ θαῦμα. εἰ γὰρ ἐγνώσθη, οὐκ ἂν τὸν κύριον τ̃ δόξης ἐσταύρωσαν. εἰ μὴ γὰρ ὁ λόγος ἄκρατος γαστέρα, οὐκ ἂν ἐκαθέζετο ἡ σὰρξ ἐπὶ τ̃ ἁγίου θρόνου. εἰ τῷ Θεῷ ὕβρεις εἰς μήτραν ἐπλάσθη εἰσελθεῖν, ἄρα καὶ τοῖς ἀγγέλοις ὕβρεις ἀνθρώπῳ διακονεῖν.

Ο * οὖν κατ' φύσιν ἀπαθὴς, γέγονε δι' οἶκτον πολυπαθὴς. οὐκ ἐκ προκοπῆς γέγονε Θεὸς ὁ Χριστὸς, μὴ γένοιτο, ἀλλὰ δι' οἶκτον γέγονεν ἄνθρωπος, ὡς πιστεύομεν. οὐκ ἄνθρωπον ἀποθεωθέντα κηρύττομεν, ἀλλὰ Θεὸν σαρκωθέντα ὁμολογοῦμεν. τ̃ οἰκείαν δούλην ἐπεγράψατο μητέρα. ὁ κατ' οὐσίαν ἀμήτωρ, καὶ κατ' οἰκονομίαν ἐπὶ γῆς ἀπάτωρ· ἐπεὶ πῶς ὁ αὐτὸς ἀμήτωρ καὶ ἀπάτωρ κατ' τὸν Παῦλον; εἰ ψιλὸς ἄνθρωπος, οὐκ ἀμήτωρ, ἔχει γὰρ μητέρα. εἰ γυμνὸς Θεὸς, οὐκ ἀπάτωρ, ἔχει γὰρ πατέρα. νῦν δὲ ὁ αὐτὸς ἀμήτωρ μὲν, ὡς πλάσης, ἀπάτωρ δὲ, ὡς πλάσμα.

* ὁ ἄνθρωπος

Αἰδέσθητι * καὶ τ̃ προσηγορίας τ̃ ἀγγελου. ὁ τῇ Μαριὰμ διαγγελισάμενος, Γαβριὴλ κέκληται. τί δὲ ἑρμηνεύεται Γαβριὴλ; μάθε ἀκούσας, Θεὸς καὶ ἄνθρωπος. ἐπεὶ οὖν ὁ πρὸς αὐτὸν διαγγελιζόμενος, Θεός ἐστι καὶ ἄνθρωπος. προέβαλεν ἡ προσηγορία τὸ θαῦμα, ἵνα πιστώσηται τὴν οἰκονομίαν.

strueret *cum, qui habet mortis imperium*, id est, diabolum. Non est injuria architecto manere in his, quæ ipse ædificavit; non coinquinat figulum lutum renovantem, quod plasmaverat: sic non coinquinat incontaminabilem ex Virginis ventre procedere. quam enim dum plasmaret, non coinquinatus est, per eam transiens non pollutus est. Hebr. 2. v. 14.

VII. O vtere, in quo communis libertatis cautio composita est! O venter, in quo contra mortem fabricata sunt arma! O area, in qua naturæ agricola Christus, sicut spica, sine semine pullulavit! O templum, in quo Deus factus est sacerdos, non naturam commutans, sed eum, qui secundum ordinem est Melchisedech, propter miserationem indutus est.

VIII. *Verbum caro factum est*, etsi Judæi non credunt partum. Deus hominis formam indutus est, etsi pagani detrahunt miraculo: propter hoc enim *& Iudæis scandalum, & gentibus stultitia* est mysterium, quia vltra rationem est miraculum. Si non Verbum habitasset in vtero, nequaquam caro sederet super thronum. Si Deo injuria fuisset in vulvam ingredi, & Angelis injuria esset hominibus ministrare. Ioan. 1. v. 14. 1. Cor. 1. v. 23.

IX. Qui est secundum naturam, vtpote Deus, ἀπαθὴς, propter misericordiam factus est πολυπαθὴς. Non ex provectu factus est Deus Christus, absit, sed propter miserationem, quemadmodum credimus, factus est homo. Non hominem deificatum prædicamus, sed Deum incarnatum confitemur. Propriam ancillam conscripsit matrem. Qui secundum essentiam sine matre est, est secundum dispensationem sine patre: nam quomodo ipse, secundum Paulum, *sine patre & sine matre est?* Si purus homo est, non est sine matre; si nudus Deus est, non est sine patre: nunc autem idem ipse est, sine matre quidem vt plasmator; sine matre autem, vt plasmatus. Heb. 7. v. 3.

X. Erubesce vel appellationem Archangeli, o homo; qui Mariam evangelizavit, Gabriel dicitur. Quid autem interpretatur Gabriel? Deus & homo. Præcessit appellatio, vt crederetur dispensatio.

XI. Disce causam præsentiæ, & glorifica incarnati virtutem. Multum debebat genus humanum, & deficiebat ad debitum. Per Adam omne peccatum conscripsimus, & servos nos retinebat diabolus: instrumenta nostra proferebat, pro chartis vtens multa patiente corpore: stabat malus passionum falsarius concutiens contra nos debitum, & postulans judicium. Erat igitur necessarium alterum e duobus, aut importari ex judicio mortem, quia omnes peccaverunt; aut talem dari in compensationem, qui totius repetitionis justificatio existeret. Et homo quidem salvare non poterat, subjacebat enim debito: Angelus redimere non valebat, deficiebat enim in pretio liberationis; eum qui sine peccato erat pro peccatoribus mori oportebat: ipsa enim hæc & sola relicta est mali solutio.

Μάθε τὴν αἰτίαν τῆς παρουσίας, καὶ δόξασον τὴν δυνάμιν τοῦ σεσαρκωμένου. πολλὰ ὤφειλεν ὁ τῆς ἁμαρτίας ἡ τῶν ἀνθρώπων φύσις, καὶ ἠπόρει πρὸς τὸ χρέος. Δι' ὃν γὰρ τοῦ Ἀδὰμ πάντες τὴν ἁμαρτίαν ἐγγεγράφησαν, δούλους ἡμᾶς κατεῖχεν ὁ διάβολος· τὰς ὠνὰς ἡμῶν προσέφερε, * γραφῇ κεχρημένος τῷ πολυπαθεῖ ἡμῶν σώματι· ἑστήκει ὁ κακὸς τῶν παθῶν πλαστογράφος, ὑπισχνούμενος ἡμῖν τὸ χρέος, καὶ ἀπαιτῶν ἡμᾶς τὴν δίκην. ἔδει τοίνυν δυοῖν θάτερον, ἢ πᾶσιν ἐπαγθῆναι τὴν ἐκ τῆς καταδίκης θάνατον, ὅθεν καὶ πάντες ἥμαρτον· ἢ τοιοῦτον δοθῆναι παρὰ ἀντίδοσιν τίμημα, ὃ πάντων ὑπῆρχε δικαίωμα παρὰ τοῦ δικαίου. ἀνθρωπος μὲν ὢν σῶσαι οὐκ ἠδυνάτει· ὑπέκειτο γὰρ τῷ χρέει τῆς ἁμαρτίας. ἄγγελος ἐξαγοράσασθαι τὴν ἀνθρωπότητα οὐκ ἴσχυεν· ἠπόρει γὰρ τοιούτου λύτρου. λοιπὸν δεῖν ὁ ἀναμάρτητος Θεὸς ὑπὲρ τῶν ἡμαρτηκότων ἀποθανεῖν ὤφειλεν, αὕτη γὰρ ἐγένετο μόνη τοῦ κακοῦ ἡ λύσις.

* χάρτη

XII. Quid ergo? Ipse qui ex nihilo vniversam naturam, vt esset, adduxerat, qui in nullo bonitatis dono deficiebat, adinvenit; & adjudicatis morti vitam certissimam, & morti solutionem decentissimam: fit enim homo, sicut novit ipse, (sermo enim interpretari miraculum non potest) & eo moritur, quod homo factus est; & eo liberat, quod prius extiterat, secundum Paulum dicentem: *In quo habemus redemptionem, per sanguinem ejus remissionem peccatorum.*

Τί οὖν; αὐτὸς ὁ πάσαν φύσιν οὐκ μὴ ὄντων εἰς τὸ εἶναι προσαγαγών, ᾧ μηδὲν πρὸς παρεγκλῆν ἄπορον, ἐξεύρε τοῖς καταχρίτοις ζωὴν ἀσφαλεστάτην, καὶ τῷ θανάτῳ λύσιν εὐπρεπεστάτην, καὶ γίνεται ἄνθρωπος οὐκ πρόδηλον, ὡς οἶδεν αὐτός, λόγος γὰρ ἑρμηνεῦσαι τὸ θαῦμα οὐ δυνατόν· καὶ ἀποθνήσκει ᾧ ἐγένετο, καὶ λυτροῦται ᾧ ὑπῆρχε, κατὰ τὸν λέγοντα Παῦλον· Ἐν ᾧ ἔχομεν τὴν ἀπολύτρωσιν, διὰ τοῦ αἵματος αὐτοῦ τὴν ἄφεσιν τῶν παραπτωμάτων;

Ep. 1. v. 7.

XIII. O stupenda res! aliis negotiatus est immortalitatem, ipse enim erat immortalis; talis enim alter secundum dispensationem, nec erat, nec factus est, nec est, nec erit, solus est qui ex Virgine natus est Deus & homo, non solum, quæ contraponi ad appretiationem possit, habens dignitatem ad multitudinem reorum, sed omnibus sententiis supereminentem. In hoc quidem, quod Filius erat, id quod incommutabilis est, ad Patrem conservans; in hoc autem quod conditor, id quod virtutis est, indeficienter habens; in hoc quod amans misereri, ea quæ compassionis sunt sine vlla publicans collatione; in id denique quod sacerdos est, id quod ad repræsentationem erat idoneum offerens: quorum nihil simile inveniet quis, aut vicinum aliquando in aliquo.

Ω τῶν μεγάλων πραγμάτων. ἄλλοις ἐπραγματεύσατο τὸ ἀθάνατον· αὐτὸς γὰρ ὑπῆρχεν ἀθάνατος. τοιοῦτος γὰρ ἄλλος κατ' οἰκονομίαν οὔτε γέγονεν, οὔτε ἐστί, οὔτε ἔσται ποτέ, ἢ μόνος ὁ ἐκ παρθένου τεχθεὶς Θεὸς καὶ ἄνθρωπος· οὐκ ἀντιπαραντεύουσαν μόνον ἔχων τὴν ἀξίαν τοῦ πλήθους τῶν ὑποδίκων, ἀλλὰ καὶ πάσαις ψήφοις ὑπερέχουσαν. ἐν μὲν τοῦ υἱὸς εἶναι, τὸ ἀπαράλλακτον σώζων πρὸς τὸν πατέρα· ἐν δὲ τοῦ δημιουργός, ὃ τῆς δυνάμεως ἀπρόσδεες ἔχων· ἐν ᾧ τοῦ φιλοικτίρμων, ὃ εἰς συμπάθειαν αὐτοφόλητον δημοσιούων· ἐν ᾧ ὡς ἱερεύς, τὸ εἰς παράστασιν ἀξιόπιστον φέρων· ὧν οὐδὲν εὕροις τις ἂν ἐπ' οὐδενὶ ἴσον, ἢ παραπλήσιον πώποτε.

XIV. Attende enim ejus in homines amorem. Voluntarie adjudicatus morti, eam, quæ contra crucifigentes erat, dissolvit mortem, & convertit perimentium se iniquitatem in iniquorum salutem.

Ὅρα γὰρ αὐτοῦ τὴν φιλανθρωπίαν. ἑκὼν καταχριθεὶς τῷ σταυρωσάντων ἔλυσε θάνατον, καὶ ἀνέστρεψε τὸν τῶν ἀποκτεινάντων ἀνομίαν εἰς τὴν τῶν ἀνομησάντων σωτηρίαν.

Ἀνθρώπου πίνων φιλεῖ τὸ σῶσαι οὐκ ἰῶ· καὶ γὰρ καὐτὸς ἐδεῖτο τοῦ σώζοντος, κατὰ Παῦλον τὸν λέγοντα, ὅτι πάντες ἥμαρτον, καὶ ὑστεροῦνται τῆς δόξης τοῦ Θεοῦ· καὶ τοῦ ἐξῆς. ὁπόσῳ δὲ ἡ ἁμαρτία τοῦ τούτου ὑπόδυνον τῷ διαβόλῳ παρεσκεύαζε, ὁ διάβολος τοῦτον εἰς θανάτῳ παρέπεμπε· πολλοῖς οὖν μεγίστῳ κινδύνῳ τὰ καθ' ἡμᾶς παρῆν, καὶ οὐ ἀπορία ἰῶ ἡ λύσις τοῦ θανάτου.

XV. Hominis igitur puri ſalvare non erat, etenim ipſe etiam indigebat ſalvatore ſecundum Paulum dicentem: *Omnes enim peccaverunt, & egent gloria Dei.* Quia vero peccatum diabolo reum tradebat hominem, diabolus traditum in mortem agebat: in magno periculo ea quæ circa nos ſunt, erant, impoſſibiliſque erat ſolutio mortis. Rom. 3. v. 28.

Οἱ πεμφθέντες ἰατροὶ κατηγόρουν· τί οὖν; ὡς εἶδον οἱ προφῆται μεῖζον τέχνης * ἀνθρώπου τὸ βάρος, τὸν ἐξ οὐρανοῦ ἐπεβόων ἰατρόν, καὶ ὁ μὲν ἔλεγε· Κύριε, κλῖνον οὐρανοὺς, καὶ κατάβηθι. ἄλλος· Ἴασαί με, κύριε, καὶ ἰαθήσομαι. ἕτερος· Ἐξέγερσον τὴν δυναστείαν σου, καὶ δεῦρο εἰς τὸ σῶσαι ἡμᾶς. ἄλλος· Εἰ ὄντως οἰκήσει ὁ Θεὸς μετ' ἀνθρώπων. ἄλλος· Ταχὺ προκαταλαβέτωσαν ἡμᾶς οἱ οἰκτιρμοί σου, κύριε, ὅτι ἐπωλιγώσαμεν σφόδρα. ἕτερος· Οἴμοι, ὅτι ἀπόλωλεν βλαβὴς ἀπὸ τῆς γῆς, καὶ ὁ κατορθῶν οὐκ ἀνθρώποις οὐχ ὑπάρχει. ἄλλος· Ὁ Θεὸς εἰς τὴν βοήθειάν μου πρόσχες, κύριε, εἰς τὸ βοηθῆσαί μοι σπεῦσον. ἄλλος· Ὅσον ὁ ἐρχόμενος ἥξει, καὶ οὐ χρονιεῖ. ἄλλος· Ἐπλανήθην ὡς πρόβατον ἀπολωλός, ζήτησον τὸν δοῦλόν σου τὸν ἐλπίζοντα ἐπί σε. ἄλλος· Ὁ Θεὸς ἡμῶν, καὶ οὐ παρασιωπήσει.

* αἰθιοπίας, ἀνθρωπίνης

XVI. Qui miſſi ſunt medici, accuſabant; quid igitur? Cum viderent prophetæ vltra humanam artem vulnus eſſe, ad cæleſtem medicum clamabant: & hic quidem dicebat: *Domine, inclina cælos tuos, & deſcende.* Alius: *Sana me, Domine, & ſanabor.* Alius clamabat: *Excita potentiam tuam, & veni vt liberes nos.* Alius dicebat: *Heu me, anima mea, quia periit miſericors a terra.* Alius dicebat: *Si vere Deus habitavit cum hominibus.* Alter: *Cito apprehendat nos miſericordia tua, Domine.* Item alter: *Deus, in adjutorium meum intende, Domine, ad adjuvandum me feſtina.* Alter: *Qui venturus eſt veniet, & non tardabit.* Alius: *Erravi ſicut ovis, quæ perierat, require ſervum tuum.* Pſ. 143. v. 5. Ier. 17. v. 14. Pſ. 79. v. 3. Pſ. 69. v. 2. Habac. 2. v. 3. Pſ. 118. v. 176.

Οὐ παρεῖδε πάντων τὴν ἀνθρωπίνην τυραννηθεῖσαν ὁ φύσει βασιλεὺς ὑπάρχων· οὐκ ἀφῆκεν εἰς τέλος εἶναι τοῦ διαβόλου ὑπόδυνον ὁ φιλοικτίρμων Θεός. ἀλλ' ἦλθεν ὁ ἀεὶ ὢν, καὶ κατέβαλε λύτρον τὸ ἴδιον αἷμα, καὶ ἔδωκεν ὑπὲρ τοῦ γένους, ἀντάλλαγμα εἰς θανάτῳ, ὃ οὐκ ἀπρεπῆ ἐφόρεσε σῶμα, καὶ ἐξηγόρασε τὸν κόσμον ἐκ τῆς κατάρας τοῦ νόμου, θανάτῳ τὸν θάνατον καταργήσας. καὶ βοᾷ Παῦλος· Χριστὸς ἡμᾶς ἐξηγόρασεν ἐκ τῆς κατάρας τοῦ νόμου.

XVII. Non deſpexit igitur humanæ naturæ oppreſſionem, qui natura extat rex & Deus; ſed venit qui ſemper aderat, & exſolvit redemptionem proprium ſanguinem, & dedit pro genere humano compenſationem morti, quod ex Virgine indutus eſt corpus, & redemit mundum ex maledicto legis; vnde clamat Paulus: *Chriſtus nos redemit de maledicto legis.* Gal. 3. v. 13.

Ὁ πάντων ἀγοράσας ἡμᾶς, οὐ ψιλὸς ἄνθρωπος, ὦ Ἰουδαῖε· ἡ γὰρ ἀνθρώπων φύσις τῇ ἁμαρτίᾳ δεδούλωτο. ἀλλ' οὔτε μὴν Θεὸς γυμνὸς ἀνθρωπότητος, σῶμα γὰρ εἶχεν, ὦ Μανιχαῖε. εἰ μὴ γὰρ ἐνεδύσατο ἐμὲ, οὐκ ἂν ἔσωσεν ἐμέ. ἀλλ' ἐν τῇ γαστρὶ τῆς παρθένου ὁ ἀποφηνάμενος, τὸν κατάδικον ἐνεδύσατο, καὶ οὐκ ἦν τὸ φεικτὸν γέγονε σπάλλαγμα, δεῖ γὰρ πνεῦμα, ἔλαβε σάρκα, ὁ αὐτὸς μετὰ τῆς παρθένου, καὶ ἐκ τῆς παρθένου· τὸ μὲν ἐπεκίασεν, ὁ δὲ ἐσαρκώθη ἐξ αὐτῆς.

XVIII. Qui igitur redemit nos, non purus homo, o Judæe: hominum enim natura peccato ſerviebat; ſed nec Deus nudus, corpus enim habebat, o Manichæe, niſi enim me indutus eſſet, me non ſalvaſſet; ſed qui in vtero Virginis ſententiam tulerat, indutus eſt reum, & ibi terribilis facta eſt commutatio: dans enim Spiritum accepit carnem, idem ipſe cum Virgine & ex Virgine; & Spiritus quidem obumbravit eam, ipſe vero ex ea caro factus eſt.

Εἰ ἄλλος ὁ Χριστὸς, καὶ ἄλλος ὁ Θεὸς λόγος, οὐκ ἔτι τριάς, ἀλλὰ τετράς· μὴ σχίσῃς τὸν τῆς οἰκονο-

XIX. Si alter Chriſtus & alter Deus Verbum, non jam trinitas, ſed quaternitas erit. Non diſrumpas diſpen-

ſationis tunicam, quæ deſuper contexta eſt, non ſis diſcipulus Arii; impie ille eſſentiam dividit, tu vnitatem ne partiaris, vt non dividaris a Deo.

μίας χιτῶνα, τ̃ ἄνωθεν ὑφαντόν. μὴ * μαθητευθῇς Ἀρείῳ· ἐκεῖνος γὰρ ἀσεβῶν τὴν οὐσίαν τέμνει, σὺ τ̃ συνάφειαν μὴ μείζε, ἵνα μὴ μεριθῇς ἀπὸ τ̃ Θεοῦ. * μαθητείας

XX. Dic age, quis apparuit *in tenebris & in vmbra mortis ſedentibus?* Homo? Et quomodo, ſi in tenebris degebat ſecundum Paulum dicentem: *Qui eripuit nos ex poteſtate tenebrarum.* Et iterum: *Eratis enim aliquando tenebræ.* Quis ergo illuxit? David te doceat dicens: *Deus Dominus, & illuxit nobis;* convenerunt naturæ, & inconfuſa permanſit vnitas.

Luc. 1. v. 79. Col. 1. v. 13. Ephes. 5. v. 8. Pſ. 117. v. 27.

Τίς ἐπέφανεν, εἰπέ μοι, τοῖς ἐν σκότῃ καὶ σκιᾷ θανάτου καθημένοις; ἄνθρωπος; ⁊ πῶς, οὐ γὰρ ἐν σκότῃ διῆγε; καθ' Παῦλον τὸν λέγοντα· Ὃς ἐρρύσατο ἡμᾶς ἐκ τῆς ἐξουσίας τ̃ σκότους· ἦμεν γὰρ ποτε σκότος, καθ' τὸ γεγραμμένον. τίς οὖν ἐπέφανε; Δαβὶδ σε διδάσκει, λέγων· Εὐλογημένος ὁ ἐρχόμενος ἐν ὀνόματι κυρίου. Εἰπέ φανερῶς, ὦ Δαβίδ, ἀναβόησον τῇ ἰσχύϊ, καὶ μὴ φείσῃ, ὡς σάλπιγξα ὕψωσον τὴν φωνήν σου, εἰπέ τίς ἐστί; Κύριος ὁ Θεὸς τῶν δυνάμεων· Θεὸς κύριος, ⁊ ἐπέφανεν ἡμῖν. ὁ γὰρ λόγος σαρξ ἐγένετο. συνῆλθον αἱ φύσεις, καὶ ἀσύγχυτος ἔμεινεν ἡ ἕνωσις.

XXI. Venit ſalvare, ſed oportebat & pati: quomodo ergo poterant vtraque fieri? Homo purus ſalvare non valebat, Deus nudus pati non poterat, ipſe exiſtens Deus natura, factus eſt homo, & eo quod quidem erat ſalvavit; eo autem quod factus eſt pertulit.

Ἦλθε σῶσαι, ἀλλ' ἔδει αὐτὸν καὶ παθεῖν. πῶς οὖν δυνατὸν ἑκατέρῳ; ἄνθρωπος ψιλὸς σῶσαι οὐκ ἴσχυε, Θεὸς γυμνὸς παθεῖν οὐκ ἠδύνατο. τί οὖν; αὐτὸς ὢν Θεὸς ὁ Ἐμμανουὴλ, γέγονεν ἄνθρωπος· καὶ ὁ μὲν ἐσώσεν. ὁ δὲ γέγονεν, ἔπαθεν.

XXII. Propterea quando vidit Eccleſia coronaſſe eum ſpinis Synagogam, deplorans præſumptionem dicebat: *Filiæ Ieruſalem, exite, & videte coronam, qua coronavit eum mater ſua;* ipſe enim ex ſpinis coronam portavit, vt ſpinarum ſententiam diſſolveret; ipſe in ſinu Patris & in ventre Virginis, inter vlnas matris & ſuper pennas ventorum: ſurſum ab Angelis adorabatur, & deorſum cum telonibus recumbebat: Seraphim non proſpiciebant præ reverentia, & Pilatus interrogabat: ſervus percutiebat, & creatura tenebatur: in cruce figebatur, & thronus gloriæ nudus non erat: in ſepulcro jacebat, & cælum extendebat, ſicut peſſem: inter mortuos reputabatur, & infernum ſpoliabat: deorſum quaſi ſeductor calumniabatur, & ſurſum a ſanctis glorificabatur. O ſtupendum myſterium!

Cant. 3. v. 11.

Διὰ τοῦτο ὡς εἶδεν ἡ ἐκκλησία στεφανώσασθαι αὐτὸν τῆς ἀκανθίνης τὴν συναγωγὴν * θρηνωδοῦσα τ̃ ζῆλμον ἔλεγε· Θυγατέρες Ἱερουσαλὴμ, ἐξέλθετε, καὶ ἴδετε τὸν στέφανον, * ὃν ἐστεφάνωσεν αὐτὸν ἡ μήτηρ αὐτ̃. αὐτὸς γὰρ καὶ τὸν ἀκανθίνον ἐφόρεσε στέφανον, ⁊ τ̃ τ̃ ἀκανθῶν ἔλυσεν ἀπόφασιν. ὁ αὐτὸς ἐν κόλπῳ πατρὸς, καὶ ἐν γαστρὶ παρθένου. ὁ αὐτὸς ἐν ἀγκάλαις μητρὸς, καὶ ὑπὲρ πτερύγων ἀνέμων. ὁ αὐτὸς ἄνω ἀγγέλων προσεκυνεῖτο, καὶ τελώναις συνανεκλίνετο. τὰ σεραφὶμ οὐ προσέβλεπε, καὶ Πιλάτος ἠρώτα. ὁ δοῦλος ἐρράπιζε, ⁊ ἡ κτίσις ἔφερεν. ὑπὲρ γαστρὸς ἐπήνυτο, καὶ ὁ θρόνος τῆς δόξης οὐκ * ἐγυμνώτο, ἐν τάφῳ * κατεκλείετο, καὶ τὸν οὐρανὸν ἐξέτεινεν ὡσεὶ δέρριν. ἐν νεκροῖς ἐλογίσατο, καὶ τὸν ἅδην ἐσκύλευεν. ὦδε πλάνος ἐσυκοφαντεῖτο, καὶ ἐκεῖ ἄγιος ἐδοξολογεῖτο. ὦ τ̃ μυστηρίου. * θρηνούσα * ῥ̃ * ἐγυμνώτο * κατεκλείετο

XXIII. Video miracula, & prædico deitatem: aſpicio paſſiones, & non abnego humanitatem; ſed Emmanuel naturæ quidem portas aperuit, vt homo; virginale autem clauſtrum non diſrupit, vt Deus; ſed ſic ex vulva egreſſus eſt, quomodo per auditum ingreſſus eſt. Sic natus eſt, quomodo conceptus; impatibiliter introit, incorruptibiliter egreſſus eſt ſecundum prophetam Ezechiel dicentem: *Convertit me* Dominus *ad viam portæ ſanctuarii*

Ezech. 44. v. 1.

Βλέπω τὰ θαύματα, ⁊ ἀνακηρύττω τὴν θεότητα. ὁρῶ τὰ πάθη, καὶ οὐκ ἀρνοῦμαι τὴν ἀνθρωπότητα. ἀλλ' ὁ Ἐμμανουὴλ φύσεως μὲν πύλας ἀνέῳξεν ὡς ἄνθρωπος, * παρθενίας δ' κλῆθρα οὐ διέρρηξεν ὡς Θεός· ἀλλ' οὕτως ἐκ μήτρας ἐξῆλθεν, ὡς δι' ἀκοῆς εἰσῆλθεν· οὕτως * ἐγνώσθη, ὡς συνέλαβεν· ἀπαθῶς εἰσῆλθεν, ἀφθάρτως ἐξῆλθε, καθ' τὸν προφήτην Ἰεζεκιὴλ τ̃ λέγοντα· Ἐπέστρεψέ με ὁ κύριος καθ' τὴν ὁδὸν τῆς πύλης τ̃ ἁγίων * παρθένου * ἐπέβη

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ἁγίων τὸ ἐξωτέρας, τῆς βλεπούσης κατὰ ἀνατολὰς, καὶ αὕτη ἦν κεκλεισμένη. καὶ εἶπε κύριος πρός με· Υἱὲ ἀνθρώπου, ἡ πύλη αὕτη κεκλεισμένη ἔσται, οὐκ ἀνοιχθήσεται. καὶ οὐδεὶς οὐ μὴ διέλθῃ δι' αὐτῆς, ἀλλ' ἢ κύριος ὁ Θεὸς Ισραὴλ μόνος αὐτὸς εἰσελεύσεται καὶ ἐξελεύσεται, καὶ ἔσται ἡ πύλη κεκλεισμένη.

sanctuarii exteriorem, quæ attendit ad Orientem, & hæc clausa erat. Et dixit Dominus ad me: Fili hominis, porta ista clausa erit, & non aperietur; nullus transibit per eam, sed solus Dominus Deus ingredietur, & erit clausa.

Ἰδοὺ ἀπόδειξις ἐναργὴς τῆς ἁγίας Θεοτόκου Μαρίας. λυέσθω τοίνυν ἀνάλογία πᾶσα, καὶ τῇ τῶν γραφῶν καταφωτιζώμεθα γνώσει, ἵνα καὶ βασιλείας οὐρανῶν τύχωμεν, εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Αμήν.

Ecce approbatio manifesta sanctæ genitricis Dei Mariæ, dissolvatur deinceps omnis contradictio, & sanctarum scripturarum illuminemur doctrina, vt cælorum regnum obtineamus in CHRISTO JESU Domino nostro, ipsi gloria in sæcula sæculorum. Amen. XXIV.

Cur relata hunc in locum Procli homilia.

QUONIAM Proclus oratione panegyrica *in Virginem* Θεοτόκον refellit primum Nestorii sermonem *de virgineo partu*; & vicissim Nestorius quarto suo sermone orationem Procli redarguit, conferenda fuit hæc oratio hunc in locum, non tantum vt demonstraretur causa, cur postmodum Nestorius nil fere dixerit, quod ad negotium Incarnationis spectaret, quin fureret in Proclum; sed etiam, vel maxime, quia videtur interpretem habere Mercatorem, vt mox dicetur.

Quis ille celebris Proclus.

PROCLI EPISCOPI CYZICI.] Fuit ille quidem suo tempore Constantinopolitanus Episcopus, post Maximianum scilicet Nestorio deposito suffectum: dicitur tamen in præsenti Cyzicenus, quia cum haberet orationem, ita vulgo nominabatur. Fuerat enim ad sedem Cyzicenæ Ecclesiæ evectus a Sisinnio Nestorii præcessore, sed rejectus a Cyzicenis clericis, ipsius licet virtutem suspicientibus, siquidem volebant retinere auctoritatem eligendi sui Episcopi, quam vrbis regiæ Antistes contra canones & consuetudinem assumere tentabat: quare rejecto Proclo quem Sisinnius ordinasset, Dalmatium sibi præfecerunt; Proclus vero Constantinopoli remansit, Episcopi quidem titulo, sed presbyteri, vt erat antea, officio.

Diu porro vixit in Ecclesia Constantinopolitana, antequam ejus sedem obtineret: adhæsit enim adhuc adolescens Chrysostomo tanquam amanuensis, eique, cum factus esset lector, in conscribendis libris obsequium præstitit. Ab Attico deinde, qui successit Chrysostomo post Arsacium, diaconus presbyterque ordinatus est, cœpitque tunc docere populum, magna quidem eloquentiæ, sed majore pietatis fama. Fecit illa vero, vt quoties vacavit sedes, vocatus sit in contentionem de episcopatu cum præstantissimis aliis hujusce Ecclesiæ presbyteris: nam post Attici mortem, cum Sisinnio & Philippo; post obitum Sisinnii, iterum cum Philippo, pertinaciter dissidentibus clericis; post depositionem Nestorii, rursus cum Philippo & Maximiano virtus ipsius contendit: sed toties repulsam tulit, nec invita, propter insignem viri modestiam & morum sanctitatem. Repulsæ causa fertur partim Chrysostomi inimicorum molitio ex aula; partim nimium populi studium, indeque suborta Imperatori, sive suspicio, sive invidentia; partim competitorum gratia apud clericos vrbis clericorumque metus, ne Proclus, Chrysostomi exemplo, disciplinam religiosius teneret. Post tot repulsas tandem Maximiani fato functi sedem obtinuit, sublatis pristinis obicibus: nam & aula redierat velut in gratiam cum Chrysostomo; & probata longo vsu Procli virtus Imperatoris suspicionem in cultum converterat; & Philippus opinionem de se conceptam corruperat importuna proborum obtrectatione; & canon Nicænus, quo prohibetur Episcoporum translatio, ex literis Cælestini Papæ ita commodam explicationem receperat, vt jam non Proclus, si constitueretur in sede Constantinopolitana, videri posset, quod ait aliquando Hieronymus, virginis pauperculæ societate contempta, ditioris adulteræ amplexus quærere. Quid autem in episcopatu gesserit totos duodecim annos, quibus præfuit, id est, ad annum vsque 446. quo vita decessit, narrat Socrates, quem tu consule.

Ann. 434.

Ubi habita homilia & quando.

HABITA SEDENTE NESTORIO, &c.] Si tam exacte tempus, quam reliqua adjuncta ediceret titulus, non parum lucis afferret historiæ; nonnulla tamen auctorum dicta, nonnullæque orationis voces silentium tituli sarcire possunt. Habitam diximus ann. 429. qui secundus Nestorii, die 25. Martii, cum celebraretur ἐυαγγελισμός: nam si credimus Theophani, habita est ἐν μιᾷ κυριακῇ. Ea vero est potestas vocis κυριακὴ, vt quando absolute ponitur, solemniorem aliquem diem festum significet, subintelligitur enim ἑορτὴ: quando vero diem vnum hebdomadæ, semper habeat, aut ferme, adjectam hanc vocem ἡμέρα. Cum ergo nulla diceretur olim ἑορτὴ κυριακὴ, præterquam quæ Christi, vel beatæ Virginis foret; nec ista, de qua sermo est, Christi fuerit, sed Virginis. ait enim Proclus: *Virginalis hodie solemnitas linguam nostram in præconium vocat*, &c. Cumque a Decembri mense, quo dictus est sermo primus a Nestorio, vsque ad festum Paschatis, quo temporis spatio factam oportet orationem, nulla extiterit ejusmodi ἑορτὴ præter ἐυαγγελισμὸν, in quo omnes conveniunt, tunc temporis habitus est procul dubio panegyricus sermo, de quo agimus; nam quod causari posset aliquis propter nonnulla concilii Toletani X. verba, istasque tituli voces: *In incarnationem Domini nostri* JESU CHRISTI; dixisse Proclum in Ecclesia pro virgine Deipara, die 18. Decembris, qui festus ἐυαγγελισμὸν, non magni apud me est momenti. Nam etsi fateor vnam eamdemque solemnitatem modo ἐυαγγελισμὸν dictam fuisse, qua Virginem spectabat; modo ἐυαγγέλιον, qua Christum: scio tamen opinionem de

in præf. hist.

t. part. over. M. Mercat.

δωδεκαημέρῳ a Græcis olim mense Decembri celebrato, neque certam esse, quod eo loci confecimus; neque, vt esset, valere satis ad difficultatem tollendam, siquidem historiæ ratio vetat, ne panegyricus sermo Procli in aliud tempus differatur.

Quo argumento.

In Incarnationem, &c.] Nestorius in suo impietatis sermone nefarie multa protulerat, sed hæc præsertim quinque. Beatam Virginem non esse Θεοτόκον, id est, Deum non peperisse. Purum fuisse hominem, quem Virgo peperit, nec a creatura gigni posse creatorem. Spiritum sanctum creasse templum, quod Verbum inhabitaret. Deum non posse vere dici passum aut mortuum. Θεοτόκου defensores mysterium divinæ Incarnationis ridendum gentilibus traducere, Arianisque arma suppeditare adversus catholicos.

Hæc omnia perstringit Proclus, triaque in contrarium dogmata demonstrat: nempe qui genitus est a Virgine, purum non esse hominem, sed vere Deum; Deum vere passum ac mortuum; beatam Virginem proprie Θεοτόκον appellandam. Quartum quiddam obiter attigit, quod tamen Nestorio bilem vehementer accendit, vt id postmodum, qua data occasione acriter oppugnaret, pontificem nostrum vere esse Deum.

Quo interprete.

Interprete, ut quidem videtur, Mario Mercatore.] Cur ita videatur, contra opinionem nonnullorum versionem orationis tribuentium Dionysio Exiguo, facit primo, quod cum nemo veteris hujus versionis auctorem crediderit Dionysium Exiguum, ante Vincentium Richardum, qui nuper edidit in lucem omnia Procli opera, & eruditum Labbeum, qui Richardo consensit; vterque tamen non vehementer id affirmet, sed ille, fortasse ita rem se habere dicat; iste Vincentii dictum præstare noluerit, de Dionysio contentus scribere in hæc verba: *Ab eodem auctore ex Græco reddita dicitur oratio Procli de laudibus Virginis.* Facit deinde, quod Richardi ratio ex stylo petita, illud ipsum evertat, propter quod stabiliendum affertur: neque enim idem est, quod aiebat, veteris interpretis, ac Dionysii stylus, licet vtriusque dictio sive humilis, sive neglecta sit; potest enim videri id affectasse interpres, vt tanto sincerius auctoris sensum exprimeret, quanto minus a phrasi Græca recederet, quod Mercator in re simili de se profitetur. Facit denique, quod cum in antiquis codicibus manuscriptis, & in Vaticano maxime, vnde exscripsit Richardus, ignotus dicatur, relinquitur locus conjecturæ. Quoniam igitur isthæc versio non abhorret a ratione interpretandi, quam Mercator secutus est in vertendis de verbo, vt ait, ad verbum Nestorii & Cyrilli scriptis Græcis, non improbabiliter credi potest hujus versionis auctor. Fides augeri potest, vel ex eo, quod sin minus Mercator Procli orationem Latinitate donasset, peccasset procul dubio in consilium, quo voluit *blasphemiæ Nestorii a fidelibus linguæ suæ fratribus cognosci & vitari.* Intelligi enim vix ac ne vix quidem potuerint, quæ quarto quintove sermone continentur, imo & sequentibus; quæque in ipsis Cyrilli epistolis, & aliis in libris, nisi perspecta Procli, in quem vnum maxime Nestorius spectabat, oratione: his enim omnibus vel vna, vel maxime, argumentum præbuit.

In lib. de script. eccles. verbo Dionysius.

In pref. ad varias Nestor. serm.

Vatic. cod. manuscripto 2836.

SERMO QUARTUS NESTORII
DE INCARNATIONE,
qui primus atque extemporalis adversus Procli orationem panegyricam in virginem Θεοτόκον.

I. Exordium a pietate populorum erga beatam Virginem.

Amatores Christi populos plausus his conferre, qui pro beata Maria impendunt sermonis officium, non est mirandum: hoc ipsum enim quod templum facta est dominicæ carnis, excedit omne quod est laude dignissimum. Sed in illud vestra amabilitas debet intendere, ne cum plusquam oportet aut decet, circa illius beatæ honorem, laudemque versamur, dignitatem Dei Verbi confundere videamur, bis eum faciendo generatum.

Compendiosum totius sermonis argumentum contra duas nativitates Christi, quarum in altera sine matre est, vt plasmator; in altera sine patre, vt plasmatus. *Orat paneg. num.* 4.

Et vt rem intelligatis, simpliciore sermone fungamur, vtamurque eloquio omnibus ad capiendum facillimo, ne auditorum quod dicitur excedat auditum.

II. Arguit illud Procli: *Natus est ex muliere Deus. Num.* 2. Quasi gentilibus hoc mysterium Incarnationis ridendum proponeret.

Qui Deum simpliciter dicit de Maria natum, primo omnium nobilitatem gentibus prostituit dogmatis, atque exponens in medium, vituperandum id ridendumque proponit; statim enim paganus cum reprehensione accipiens, quia *de Maria Deus est natus*, inferet adversus christianum: necessario enim qui dicit simpliciter de Maria natum Deum, & non illum, qui natus est, conjunctione duarum naturarum, divinæ scilicet & humanæ, Deum esse reputaverit, audiet: Ego natum & mortuum Deum & sepultum adorare non queo. Liquida autem divisio dogmatis ista est: Qui natus est, & per partes incrementorum temporibus eguit, & mensibus legitimis portatus in ventre est, hic humanam habet naturam, sed Deo sane conjunctam.

III. Aliud est autem dicere, quia nato de Maria conjunctus erat Deus ille, qui est Verbum Patris, quod est liquidissimum ac firmum atque irreprehensibile gentilibus; &

aliud, quia ipsa divinitas indiguit nativitate in mensibus decurrente: Verbum enim Deus temporum est opifex, non in tempore fabricatus.

IV. Divisionem igitur super hoc præcedentis magistri valde sum admiratus dicentis: *Qui ex muliere natus est, nec Deus nudus, nec purus homo*; quia neque Deum oportet dicere nude, & vtcumque generatum: nemo enim, qui se est antiquior, generat; nec iterum humanitatem nudam esse, profitendum est, sed humanitatem conjunctam Deo, esse generatam.

Parte 3.

V. In illud attractos vos esse volo, qui estis intenti examinatores religionis; (hanc enim & de vobis, quam de Antiochenis, habeo opinionem) in illud ergo, vt dicebam, attractos vos esse volo, *quia Deus pontifex factus est*, ferre non possum: si enim Deus opifex & pontifex est, cujus a pontificibus legatio exhibenda est?

Arguit & illud: *O templum, in quo Deus factus est pontifex.*

VI. Hæc ad vestram dilectionem sermocinatus sum, & dicerem plura, nisi hoc subintrasset animum meum, quod Ecclesiæ doctoribus videor contraria disputare.

Nestorius fatetur se notatum, quod Ecclesiæ doctoribus contraria sentiret.

Volo igitur vos perspicaces esse in examinandis dogmatibus, & neque susceptam humanitatem a Deo Verbo confundere, neque hominem nudum eum, qui natus est dicere; sed nec Deum Verbum contemperatum, vel commixtum propriam amisisse essentiam.

Calumniatur catholicos ac si dicerent Verbum in carnem mutatum.

VII. Propterea enim, discipulis in stupore constitutis, tempore quo sublevatur in cælum, & apud se quantum arbitrandum est, hoc reputantibus: putasne resoluta est humana natura? putasne in cælis in eadem essentia permanet? Et eis de hac visione stupentibus advenientes Angeli dicebant: *Hic* Jesus qui videtur, *hic* qui mensium incrementis indiguit, *hic* qui mortuus est, *hic* qui crucem pertulit, *sic veniet quemadmodum vidistis eum ascendentem in cælum.* Et iterum beatus Paulus in Actibus Apostolorum: *In viro*, inquit, *in quo decrevit Deus judicare orbem terræ, fidem præstans omnibus, suscitans eum a mortuis.* Nunquid Verbum Deus surrexit a mortuis? Si autem vivificator mortificatus est, quis erit qui conferat vitam?

Arguit tacite dictum Procli, *quod Deus mortuus sit.*

Act. 1. v. 11.

Ibid. 17. v. 31.

VIII. Præter hoc & Arianis hinc valde reprehensibiles sumus; si enim vtcumque natum Deum Verbum & simpliciter nominemus, vide ex hoc quid conficiatur. Dicis simpliciter: Deus est qui natus est de Maria; statim hæreticus infert reprehendens: Ergo immerito nos arguitis, filium minorem patre & creatum dicentes; quoniam apud vos etiam hoc in confessione est, inquiens, Verbum Deum esse, qui natus est de Maria.

Quodque in eo Arianis faveret.

IX. Audi, quæ idem Deus Verbum de se ipse testatur: *Euntes renuntiate fratribus meis: Vado ad Patrem meum, & Patrem vestrum, Deum meum, & Deum vestrum.* Sed cum hoc diceret, qui natus est de beata Maria, humanitate quidem nobis consubstantialis erat; in eo autem quod conjunctus Deo, nostra erat longe, quia Deus, substantia melior.

Abutitur verbis Christi. *Joan.* 20. v. 17.

X. Tunc illorum blasphemia liberaberis: & facile ac breviter sacramentum religionis edices hoc modo: Alius quidem Deus Verbum est, qui erat in templo, quod operatus est Spiritus, & aliud templum præter habitantem Deum. Templi est morte dissolvi; inhabitantis autem templum, id vt resuscitet, proprium est. Non hic meus sermo, sed vox est Domini: *Solvite templum*, inquit, *hoc, & in triduo suscitabo illud.*

Ad repugnandum Proclo.

Joan. 2. v. 19.

XI. Conjunctionis igitur confiteamur vnitatem, naturas autem & substantias duplices, alioquin invenietur Verbum esse sancti Spiritus creatura: quid enim ait Evangelista? *Quod in ea natum est, de Spiritu sancto est.* Quod si Verbum Deus nudus ac solus erat, qui natus est, nec, quod dicit Evangelista, Spiritus creavit illius templum in beata Maria, invenietur Deus Verbum sancti Spiritus opificium.

Matth. 1. v. 20.

XII. Fugiamus itaque hujus confusionis errorem: Dominum nostrum Christum, secundum naturam, duplicem dicamus; secundum quod est Filius, vnum.

Iterum calumniam struit catholicis.

XIII. Ego autem quibusdam mihi & illud renuntiantibus, cum lætitia sæpius risi, quoniam, inquiunt, Episcopus, quæ Photini sunt, sapit, *nescientes neque quæ loquuntur, neque de quibus affirmant*: hoc enim quod a me dicitur, Photini eversio invenitur. Photini enim sensus a partu Mariæ Verbo Deo dat principium, me dicente Verbum Deum semper existere ante sæcula.

Purgat se crimine consensionis cum Photino. 1. *Tim.* 1. v. 7.

Ad illos mihi quidem proverbialis sermo sufficiat: *Noli respondere imprudenti secundum imprudentiam ejus.* Vos autem volo perspicaces examinatores dogmatum, neque plausibus vti, neque attrahi sermonis illecebra, neque dogmatum aliquid, examinatamque rationem novitatis præsumptionem putare, sed veritatis eam magis gloriam judicare.

Epilogus arrogantiæ & calumniæ plenus. *Prov.* 26. v. 4.

EXTEMPORALIS, &c.] Facultate dicendi ex tempore valuisse Nestorium, testatur Socrates; eamque ostentasse, ex sermone quarto in Pelagianos constat, dixisse vero in præsenti, sermo totus demonstrat, & hæc maxime verba: *Divisionem super hac præcedentis magistri valde sum admiratus*, &c. Hac enim appellatione *præcedentis magistri*, significari solebat is, cujus sermonem exciperent præsidentes Episcopi. Ita Nestorius sermone penultimo: *Dulcem nobis præcedens doctor caritatis mensam apposuit*, &c.

Quo tempore habitus ille sermo.

Num. 4.

Et sermone quarto adversus Pelagianos: *In alium sermonem lingua perurgente, repromissionum mearum præcedens magister memor submonuit*, &c. Ita Cyrillus post orationem Pauli Emeseni: *Hausimus vobis aquam ex suo fonte, doctoris, inquam, qui ante nos disseruit*, &c. Ita alii, quos superfluum censere.

Procli reprehensio prima. TEMPLUM FACTA EST DOMINICÆ CARNIS.] Intendit in sententiam Procli, cum Virginem allequeretur, exclamantis: *O templum, in quo factus est sacerdos!* eamque corrigere nititur, breviter innuens, beatam Virginem ea tantum ratione templum esse, & illud quidem singulariter sacrum, quatenus dominicam carnem, qua nihil creatum sanctius, continuit.

Secunda. BIS EUM FACIENDO GENERATUM, &c.] Mirum quantum invectus est Nestorius in duos Christi ortus: æternum vnum ex Patre, qua Verbum est; alterum temporalem ex matre, qua homo. Unde exarsit vehementer in Eusebium publice objicientem, vtriusque distinctione omnes ejus argutias dissolvi. Vide notas ad secundum sermonem.

Tertia. SIMPLICIORE SERMONE FUNGAMUR, &c.] Sugillat obscuritatem orationis a Proclo dictæ, quæ vix ac ne vix quidem potuit ab auditoribus nisi paucis, iisque doctioribus capi, propter grandiloquentiam, vt ita loquar, sententiarumque brevitatem, & admirabiles, quibus abundat, metaphoras, ac alias similes figuras dictionis, quæ quanto perstringere solent delectabilius animos, cum dicuntur, vel leguntur, tanto facilius mentis suspensæ, ac velut attonitæ intelligentiam fugiunt.

Quarta. Num. 3. PRÆCEDENTIS MAGISTRI, &c.] Procli scilicet, cujus sunt hæc verba: *Natus est ex muliere Deus, sed non nudus; & natus est homo, sed non purus; & qui natus est veteris peccati portam, portam salutis ostendit: vbi enim serpens per inobedientiam venenum effudit, ibi Verbum per obedientiam ingrediens templum vivifice plasmavit. Vnde primus peccati discipulus Cain emersit, inde generis nostri liberator Christus sine semine pullulavit: non erubuit amator hominum muliebres partus.*

Quinta. NEMO ENIM, QUI SE EST ANTIQUIOR, PARIT.] Idem argumentum adhibet scribens ad sanctum Celestinum. *Ferri tamen potest hoc vocabulum* Θεοτόκος, *propter ipsam considerationem, & quod solum nominetur de Virgine hoc verbum, propter inseparabile templum Dei Verbi ex ipsa. non quia ipsa sit mater Dei Verbi:* NEMO ENIM ANTIQUIOREM SE PARIT.

Epist. 1. ad S. Celest.

Lib. 7. c. 2. Inde Cassianus excerpsit sententiam, quam aceriter refellit. Neque enim opinor sermonem hunc ad Celestinum a Nestorio missum fuisse, cum extemporalis foret, minorisque proinde momenti, etsi missus foret, Cassianoque communicatus: ex eo vtique plura sibi refutanda sumpsisset, quippe aliis, quæ refellit, pejora.

Sexta. Num. 3. DEUS FACTUS EST SACERDOS, &c.] Hæc verba sunt Procli, vt dictum est: *O vtere, in quo communis libertatis cautio composita est! O venter, in quo contra mortem fabricata sunt arma! O area, in qua naturæ agricola Christus, sicut spica, sine semine pullulavit! O templum, in quo Deus factus est sacerdos, non naturam commutans, sed eum, qui secundum ordinem Melchisedech propter miserationem indutus est!*

De doctoribus Ecclesiæ. DOCTORIBUS ECCLESIÆ.] Eos intelligit absque dubio, qui in Ecclesia populum docebant, qualis & ipse fuerat Antiochiæ, priusquam assumeretur in Episcopum Constantinopolitanum, qualis & erat Proclus, in quem declamabat. Hinc autem colligere licet, quantum dissentirent a Nestorio de Incarnatione dominica illustriores presbyteri Constantinopolitanæ Ecclesiæ, quod etiam constat, tum ex Celestini Cyrillique epistolis, tum ex eorumdem Constantinopolitanorum, sive clericorum epistolis ad diversos, sive monachorum apud Imperatorem querela. quanquam non est improbabile, Nestorium respexisse quoque antiquiores Patres Ecclesiæ, a quibus eum dissentire objecerat Eusebius in obtestatione, Eustathiumque Antiochenæ Ecclesiæ antistitem nominatim laudarat, allato ipsius luculento testimonio.

Septima. Parte 1. HOMINEM NUDUM, &c.] Respicit ad verba Procli: ἀλλ' ἐκ γυναικὸς ἐγνώσθη Θεὸς ὁ γυμνός, καὶ ἄνθρωπος ὁ ψιλός. Ex muliere natus est non Deus nudus, neque purus homo. Parte 2. Ο πάλαι ἀγορεύσας ὑμᾶς οὐ ψιλὸς ἄνθρωπος, ὦ Ἰουδαῖοι. Qui nos redemit, o Judæe, non est purus homo. Et, Parte 3. ἄνθρωπος ψιλὸς σώσαι οὐκ ἴσχυε· Θεὸς γυμνὸς παθεῖν οὐκ ἠδύνατο. Purus homo salvare non potuit; Deus nudus pati non poterat.

Octava. Parte 2. DEUS EST QUI NATUS EST.] Iterum vexat dictum Procli, nititurque ostendere non minus Arianis, quam gentilibus mysterium Incarnationis a Proclo irridendum proponi.

ERGO, &c.] Aliqua desiderabantur ad faciendum sensum, quæ suppleri posse visa sunt hunc in modum: ergo *immerito nos arguitis Filium minorem Patre & creatum dicentes, quoniam apud nos*, &c. Quiddam enim simile habet ipse Nestorius sermone tertio, cum catholicos Incarnationis defensores Arianis in eo pejus sentire dicit, quod Ariani solo Deo Patre minorem facerent Filium; catholici matre creatura recentiorem.

Nona. Parte 3. ALIUS QUIDEM, &c.] Alludit ad hæc verba Procli: *Si alius est Christus, & alius Deus Verbum, jam non trinitas in divinis, sed quaternitas est.*

Decima. Parte 2. IN TEMPLO QUOD OPERATUS EST, &c.] Proclus. *Vbi serpens per inobedientiam venenum effudit; ibi Verbum per obedientiam ingrediens templum vivifice plasmavit.* Iis contradixit Nestorius, quia Proclus antea contradixerat istis a Nestorio prolatis: *Non creavit Deum Verbum Spiritus sanctus, sed Deo Verbo templum fabricatus est, quod habitaret, ex Virgine.*

Serm. 1. num. 7.

Defendit se Nestorius. EPISCOPUS, QUÆ PHOTINI, &c.] Etsi objiciebatur maxime consensio cum Paulo Samosateno, vt ex obtestatione Eusebii constat; Photini tamen meminit, cujus vt erat recentior, invidiosiorque memoria, ita societas objecta vehementius vrebat. Objecta vero est primum, quod ex veterum monumentis sciri queat, a Mario Mercatore in epistola, quam sparsit in vulgus eo tempore, quo obtestationem Eusebius proposuit.

Vide notas ad epist. istam.

Et auditores perstringit. NEQUE PLAUSIBUS UTI, &c.] Reprehendit iterum plausus Proclo factos, & admirabilem panegyricæ orationis elegantiam, qua mirum in modum captus populus dicenti acclamarat, ad invidiam Nestorii.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

SERMO QUINTUS NESTORII
DE DEO NATO,
ET VIRGINE ΘΕΟΤΟΚΩι,
qui ſecundus adverſus Proclum.

Argumentum ſermonis.

CUM Neſtorius extemporali oratione tria Procli dicta breviter arguiſſet, nempe quod Virgo eſſet Θεοτόκος; quod Deus paſſus & mortuus; quodque factus pontifex: ſingula poſtmodum ſingulis ſermonibus impugnanda pro ixius putavit; & primum quidem iſto, quem ex collectaneis tum Cyrillianis, tum Epheſinis, quæ Mercator vertit, non ſine aliqua vel diligentia, vel felicitate eruimus.

In quo Neſtorius calumniatur catholicis.

Poſuit porro totum in explicanda ratione, qua Virgo dici queat Deipara, ſine ſuæ doctrinæ præjudicio. Facit vero gravem catholicis calumniam, quaſi Virginem deitatis ipſius parentem, imo & Deam dicerent, vel certe ſentirent cum Ario, Eunomio & Apollinari naturas confundentibus in Chriſto; nec minorem conflat invidiam, quaſi duas ob ratiunculas, eaſque leviſſimas, veniſſent in opinionem Θεοτόκου.

Qui refellitur a Cyrillo. *Lib. 1. & 2. contradict.*

In hoc ſermone refellendo Cyrillus inſumpſit totum fere ſuum librum primum ac ſecundum de quinque, quibus contradixit blaſphemiis Neſtorii. quod eximium opus merito quiſpiam appellaverit apologiam Procli: in eo enim reſpondet Cyrillus iis fere tantum ſermonibus, qui a Neſtorio dicti ſunt adverſus Proclum. Nam primus & ſecundus liber de Virgine Θεοτόκῳ, & Deo nato eſt; tertius de Deo ſacerdote; quartus & quintus majori ex parte, de Deo paſſo & mortuo: quæ res fecit, vt idem ſermonibus ordo a nobis tribueretur. Duæ tantum poſteriores ſermonis partes repetiuntur apud Mercatorem, reliquæ ex opere Cyrilli mox laudato ſuppletæ ſunt. Omnes Græce habentur.

Totum opus Cyrilli eſt apologia pro Procio.

Ex l. 1. adverſ. Neſtor.

ΗΡΩΤΗΣΑ πολλάκις αὐτοὺς, δῆλον ὅτι τοὺς ἀπολογουμένους αὐτῷ· Τῷ θεότητα λέγετε γεγεννῆσθαι ἐκ τῆς ἁγίας παρθένου; ἀποκρίνασθαι δυσὶ πρὸς τὸ ῥῆμα· Καί τίς, φασὶ, τοσαύτην βλασφημίαν νοεῖ, ὥστε ἐκείνῳ τὸν γεννήσαντα τὸν ναὸν λέγειν τοῦ πνεύματος, τὸν Θεὸν ἐν ἐκείνῃ ἐκπαθῆναι. Εἶτα ὅταν ἐπαγάγω πρὸς τοῦτο· Τί οὖν ἄτοπον ἡμεῖς λέγομεν συμβαλλόντες λέγειν τὸν φωνῶν, καὶ ἐρχεσθαι ὅπερ ὁ κοινὸν σημαινόμενον τῶν δύο φύσεων; Τότε νομίζει αὐτοῖς εἶναι βλασφημεῖν ὃ λεγόμενον· Ἢ ὁμολόγησον σαφῶς θεότητα γεγεννῆσθαι ἐκ τῆς παρθένου Μαρίας. ἢ φεύγων ὡς βλάσφημον τὸν φωνῶν, εἰ τὰ αὐτὰ μοι λέγων, ὑποκρίνῃ μὴ λέγειν;

I.

SÆPE illos rogavi, qui Θεοτόκον defendunt: Num deitatem dicitis ex ſancta Virgine natam? Ad hæc verba illico reſiliunt: Ecquis, inquiunt, tanto blaſphemiæ morbo laborat, vt quæ templum genuit, Spiritus ſancti opera, in ea Deum ipſum creatum dicat? Deinde cum ad hæc ſubjicio: Quid igitur abſurde dicitur a nobis, cum vocem hanc efferre quidem ſuademus, ſed ad commune duabus naturis ſignificatum pergere? Tum vero putant blaſphemum eſſe, quod dicimus: Aut aperte confitere divinitatem ex beata Maria genitam; aut, ſi vt blaſphemam fugis hanc vocem, cur qui eadem atque ego dicis, te haud dicere ſimulas?

Ex l. 2. adverſ. Neſtor.

Εἰ μὴ πίστεως ἁπλῆς ὁ Θεοτόκος προσέφερες, οὐκ ἂν σοι τὸν λέξεως ἐφθόνησα τὸν νοῦν ἐξεπάζων τῶν ῥήματος· ἀλλ' ἐπειδὴ τὸν ὁρῶ σε, προσφάτου τὸν πρὸς τὸν μακαρίαν Μαρίαν τιμῆς, τὸν αἱρετικὸν βεβαιοῦντα τὴν βλασφημίαν, διὰ τοῦτο τὸν τῆς λέξεως προφορὰν ἀσφαλίζομαι, τὸν ἐν τῇ λέξει κρυπτόμενον κινδυνον ὑποφωνόμενος.

II.

Si fide ſimplici Deiparam proferres, nulla eſſet apud me dictionis invidia, verbi ſenſum exquirentem: ſed quia video te, prætextu erga beatam Mariam honoris, hæreticorum confirmare blaſphemiam; ideo dictionis prolationem caute præmunio, cum periculum in ea dictione latens ſuſpectum habeam.

Ibidem.

Ἵνα δὲ αὐτὸ σαφέστερον, καὶ πᾶσιν δυλκπιστότερον εἴπω, τοῖς Ἀρείου καὶ πᾶσιν Εὐνομίου, καὶ Ἀπολιναρίου, καὶ πάντων τοῖς χορεῖς τῶν τοιαύτης φατείας ἀποδῆ Θεοτόκον εἰσάγειν, ὡς κράσεως γενομένης,

III.

Id vt clarius dicam, & vt ab hominibus percipi facilius poſſit. Qui Arium ſectati ſunt, & Eunomium, & Apollinarium, & omnium hujuſmodi familiæ hominum chori, ſtuduerunt Θεοτόκου appellationem invehere, vt facta mixtione,

duabusque naturis minime distinctis, nihil ex his, quæ viliora sunt, de humanitate dictum acciperetur; ac locus illis jam adversus ipsam divinitatem pateret, tanquam omnia de vno dicerentur: non ratione dignitatis ex ipsa conjunctione consequentis, sed ipsius ratione naturæ. Unus est namque Christus, & vnus Dominus; sed in Christo, in vnigenito, inquam, Filio, & Christi nomen & Filii, nunc de divinitate, nunc de humanitate divinitateque dicitur.

IV. Dixi jam sæpius: Si quis inter vos simplicior, sive inter quoscumque alios, voce hac Θεοτόκος gaudet, apud me nulla est de voce invidia, tantum ne Virginem faciat Deam.

V. Si Deus est Christus, inquiunt, & Christus ex beata Maria est ortus, cur Virgo non est Dei genitrix? Nihil occulto, quod ab illis objicitur. Nam veritatis amator omnia, quæ a falsitate dici possunt, accepta sibi objicit. Formatur in vtero infans, sed quoad figuram acceperit, nondum habet animam: at vbi figuratus fuerit, jam anima informatur a Deo. Ut igitur mulier corpus parit, sed Deus animam tribuit; neque ideo mulier dicetur animæ genitrix, quia peperit animatum, sed potius hominis genitrix: sic quoque beata Virgo, etsi peperit hominem, simul cum illo pertranseunte Dei Verbo, non ideo est Dei genitrix: non enim Verbi divinitas a beata Virgine initium cepit, sed erat natura Deus.

VI. *Luc. 1. v. 15.* De beato Joanne Baptista prædicatur a sanctis Angelis, implendum esse infantem Spiritu sancto, adhuc ex vtero matris suæ; atque ita beatus Joannes Baptista Spiritum sanctum habens editus est. Quid igitur? Appellabisne ipsam Elizabeth spiritus genitricem? Huc animum referte, ac siqui in vobis fuerint, qui ad ea, quæ dicuntur, tanquam ad inaudita & insolita moveantur, veniam dare illorum imperitiæ.

VII. Audi etiam aliud ipsorum testimonium, si enim cognovissent, nunquam Dominum gloriæ crucifixissent. Ecce Dominum gloriæ dicit. Non sic appellat humanitatem, sed divinitatem; hoc autem est hominum summam illam copulationem distrahentium: cum enim dicis hunc non esse Dominum, illum esse, tu nudum hominem facis Christum. Quid ergo sub ecclesiastica persona dicis, hæretice? Dominus ne est

ἐς τὸ δύο μὴ διαιρουμένων τῆς ὑπιλαῖν εἰς τὴν ἀνθρωπότητα λαμβάνεσθαι, καὶ χώραν ἄλοις λοιπὸν κατὰ τὴν θεότητος ἔχειν, ὡς πάντων λεγομένων περὶ ἑνὸς, οὐ κατὰ τὴν ἀπὸ τῆς συναφείας ἀξίαν, ἀλλὰ κατὰ τὴν φύσιν. Εἷς μὲν γὰρ ὁ Χριστὸς καὶ εἷς κύριος, ἀλλ' ὅπτι τοῦ Χριστοῦ, ὅπτι δὲ μονογενοῦς λέγω υἱοῦ, καὶ ὁ Χριστὸς, καὶ ὁ υἱὸς, ποτὲ μὲν ὅπτι τὴν θεότητος. ποτὲ δὲ ὅπτι τῆς ἀνθρωπότητος καὶ θεότητος.

Εἶπον δὲ ἤδη πολλάκις, ὅτι εἴ τις ἢ ἐν ὑμῖν ἀφθέγγεσθαι, εἴτε ἐν ἄλλοις ποτὲ, χαίρει τῇ τοῦ Θεοτόκου φωνῇ, ἐμοὶ πρὸς τὴν φωνὴν φθόνος οὐκ ἔστι, μόνον μὴ ποιείτω τὴν παρθένον θεάν. *Ex l. 1. adversus Nestor.*

Εἰ Θεὸς, φασὶν, ὁ Χριστὸς, ἐτέχθη δὲ ὁ Χριστὸς ἐκ τῆς μακαρίας Μαρίας, πῶς οὐκ ἔστιν ἡ παρθένος Θεοτόκος; τοῦδεν κρύπτω τὰ παρ' αὐτῶν ἀντιθέσεων. Ὁ γὰρ τῆς ἀληθείας ἐραστὴς πόρρω τὰ τοιαῦτα τοῖς ἑαυτῷ προσλαβὼν ἀντιτίθησι. Εἶπε τὴν λύσιν ὑπιφέρων πειρᾶται, τοιαύταις χρῶν ἐννοίαις χρώμενος. πλάττει μὲν γὰρ ἐν μήτρᾳ τὸ βρέφος. ἀλλ' ἕως μὴν ὅπω μεμόρφωται, ψυχὴν οὐκ ἔχει· εἰδοποιηθὲν δὲ ἤδη ψυχοῦται παρὰ Θεοῦ. ὥσπερ οὖν ἡ γυνὴ τίκτει μὲν τὸ σῶμα, ψυχοῖ δὲ Θεὸς· καὶ οὐκ ἀν λέγοιτο γυνὴ ψυχοτόκος, ὅτι ἔμψυχον ἐλόμησεν, ἀνθρωποτόκος δὲ μᾶλλον. οὕτω καὶ ἡ μακαρία παρθένος, καὶ εἰ τέτοκεν ἄνθρωπον, συμπαρελθόντος αὐτῷ τοῦ Θεοῦ λόγου, οὐ διὰ τοῦτο Θεοτόκος· οὐ γὰρ παρὰ τὴν μακαρίας παρθένου τὸ ἀξίωμα λόγου, ἀλλ' ἐν τῇ φύσει Θεός. *Ibidem.*

Ο μακάριος Ἰωάννης ὁ Βαπτιστὴς προκηρύττεται παρὰ τῶν ἁγίων ἀγγέλων, ὅτι πλησθήσεται τὸ βρέφος πνεύματος ἁγίου, ἔτι ἐν κοιλίᾳ μητρὸς αὐτοῦ, καὶ πνεῦμα ἅγιον ἔχων, ὅτως ὁ μακάριος Βαπτιστὴς ἀπετέκετο. Τί οὖν καλεῖς τὴν Ἐλισάβετ πνευματοτόκον; ἀνάγετε τὸν νοῦν συναγάγετε, κἂν τινες ὦσιν ἐν ὑμῖν πρὸς τὰ λεγόμενα ξενιζόμενοι, συγγνώτε τὴν ἀπειρίας αὐτοῖς. *Ibidem.*

Ἀκούσον καὶ τὸν ἄλλον αὐτῶν μαρτυρίαν· εἰ γὰρ ἐγνώσαν, οὐκ ἂν τὸν κύριον τῆς δόξης ἐσταύρωσαν. ἰδοὺ κύριον τῆς δόξης λέγει, οὐ καλεῖ τὸν ἀνθρωπότητα, ἀλλὰ τὴν θεότητα. τοῦτο δέ ἐστι καὶ διαπαντῶντων τὴν συναφείαν τῶν ἀκριβῶν· ὅταν γὰρ λέγῃς, οὗτος μὲν οὐκ ἔστι κύριος, ἐκεῖνος δὲ κύριος, σὺ ψιλὸν ἄνθρωπον ποιεῖς τὸν Χριστόν. τί οὖν λέγεις ἐν ἐκκλησιαστικῷ προσωπείῳ, αἱρετικέ; κύριος καὶ *Ex lib. 1. adversus Nestor.*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ὁ ἄνθρωπος, ἢ οὔ; Εἰ μὲν οὖν κύριος, κοινωνῇ τὰ λεγόμενα. Εἰ δὲ οὐ κύριος, μὴ σὺ ψιλὸν ἄνθρωπον τὸν Χριστὸν ποιῶν, ἐμοὶ προσφρίσῃς τὸν ὀνειδισμόν. ἀκούσωμεν τοῦ μακαρίου Παύλου φανερῶς κεκραγότος· Τίς ἐστιν ὁ σταυρωθείς; ἄκουσον τοίνυν φανερώτατα τοῦ φωνῆς· καὶ γὰρ ἐσταυρώθη ἐξ ἀσθενείας, ἀλλὰ ζῇ ἐκ δυνάμεως Θεοῦ. Εἰ ἐσταυρώθη ἐξ ἀσθενείας, τίς ἠσθένησεν, αἱρετικέ; ὁ Θεὸς λόγος;

etiam ipse homo, an secus? Siquidem Dominus, communicant inter se, quæ dicuntur. Sin minus, noli tu, cum nudum ac simplicem hominem Christum facis, mihi hoc probrum impingere. Audiamus beatum Paulum aperte clamantem, quisnam sit ille crucifixus. Audi igitur apertissime ejus vocem: Etenim *crucifixus est ex infirmitate, sed vivit ex virtute Dei.* Si crucifixus est ex infirmitate, quis infirmatus est, hæretice? Illene Deus Verbum?

Ex l. 1. adverſ. Neſtor. Excerpto 2. Epheſ.

Βλέπε τὸ συμβαῖνον, αἱρετικέ. ὑ φοβοῦ τὸν φωνῆς τὴν Χριστοτόκῳ παρθένῳ, ἀλλ' οἶδα σεβασμίαν τὸν δοξαζομένου Θεόν, δι' ἧς παρῆλθεν ὁ τῶν ὅλων δεσπότης, δι' ἧς ἀνέλαμψεν ὁ τῆς δικαιοσύνης ἥλιος· πάλιν ἐπαναλαβὼν τὸν χρόνον. πῶς δ, παρῆλθεν, ἐνοήσατε; οὐ εἴρηταί μοι δ, παρῆλθεν, αὐτὴ τοῦ ἐγκωμίου. οὐ γὰρ οὕτω ταχέως ἐπιλανθάνομαι τῶν ἰδίων. ὃ παρῆλθεν τὸν Θεὸν ἐκ τῆς Χριστοτόκου παρθένου, ταῦτα τῆς θείας ἐδιδάχθην γραφῆς, ὃ δὲ γεγενῆσθαι Θεόν, ἐξ αὐτῆς οὐδαμοῦ ἐδιδάχθην.

VIII. Vide quid accidat, hæretice. Non invideo nomen Virgini Χριστοτόκῳ: fateor enim reverendam esse eam, quæ conceperit Deum; per quam transierit Dominus omnium; per quam justitiæ sol illuxerit: Deus enim erat Verbum, & cum homine conjunctum, & in eo habitans; sed porro suspicor plausum. Quomodo hoc, quod dixi, *transierit*, intellexistis? Non dixi, pertransiit, pro eo quod est genitus: non enim ita facile meæ sententiæ obliviscor. Transiisse Deum per Virginem Χριστοτόκον, a Scriptura perdoctus sum; natum, non edoctus sum.

Excerpto 3. Epheſ.

Οὐδαμοῦ τοίνυν ἡ θεία γραφὴ Θεὸν ἐξ Χριστοτόκου λέγει γεγενῆσθαι, ἀλλὰ Ἰησοῦν Χριστὸν, υἱὸν, κύριον. ταῦτα πάντες ὁμολογοῦμεν. ἃ γὰρ ἐδίδαξεν ἡ θεία γραφὴ, ἄθλιος οὐχὶ ὁ μὴ δεχόμενος. Ἐγέρθεις παράλαβε τὸ παιδίον καὶ τὴν μητέρα αὐτοῦ. αὕτη τῶν ἀγγέλων ἡ φωνὴ, τάχα δὲ μᾶλλον σοῦ. Τὰ κατὰ τὴν γένεσιν ἤδεσαν οἱ ἀρχάγγελοι. Ἐγέρθεις παράλαβε τὸ παιδίον καὶ τὴν μητέρα αὐτοῦ. οὐκ εἶπεν· Ἐγέρθεις παράλαβε τὸν Θεὸν καὶ τὴν μητέρα αὐτοῦ.

IX. Nusquam divina scriptura Deum ex Virgine Χριστοτόκῳ asserit natum; sed JESUM CHRISTUM, Filium, Dominum. Hæc omnes confiteamur: quæ enim docuit divina scriptura, qui non statim accipit, miser est. *Surge, accipe puerum & matrem ejus.* Hæc angelorum vox est, imo tua. Fortasse generationem ipsius noverat archangelus. *Surge, & accipe puerum & matrem ejus;* non dixit: Surge, & accipe Deum & matrem ejus.

Matt. 2. v. 13.

SERMO SEXTUS NESTORII

DE DICTIS EPISTOLÆ

APOSTOLI AD HEBRÆOS:

Consideratе apostolum & pontificem confessionis nostræ JESUM, &c.

Hebr. 3. v. 1.

Ex l. 3. adverſ. Neſtor.

ΑΠΟΣΤΟΛΟΥ γὰρ ἀκούοντες ὄνομα, τὸν Θεὸν λόγον νοοῦσιν ἀπόστολον. ἀρχιερέως ἀναγινώσκοντες κλῆσιν, θεότητα τοῦ ἀρχιερέα φαντάζονται, παραδόξου φρενοβλαβείας ἰδέα. Τίς γὰρ λειτουργίαν ἀποστόλου μαθὼν οὐκ εὐθὺς αὐτὸν ἄνθρωπον μηνυόμενον ἔγνω; τίς ἀρχιερέως ὀνομασίαν ἀκούων,

I. APOSTOLI nomen in Christo audientes, Deum Verbum male intelligunt apostolum esse. Legentes item pontificis vocabulum, Deum esse imaginantur pontificem, mira dementia. Quis enim apostoli officium audiens, non statim videat hominem demonstrari? Quis summi sacerdotis nomen audiens,

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

divinitatis naturam ad ſacerdotis miniſterium vocet?

θεότητος οὐσίαν τὸν ἀρχιερέα νομίσειν;

II. Si enim Deus pontifex eſt, quis erit, qui officio ejus debeat coli? Si Deus oblaturus eſt ſacrificia tanquam pontifex, nullus erit, cui offerantur, Deus. Quid enim dignum jam divinitate eſt, ſi tanquam inferior offerat ſacrificia ſuperiori?

Εἰ γὰρ ἀρχιερεὺς ἡ θεότης, τίς ὁ τῷδε τῇ ἀρχιερωσύνῃ λειτουργίᾳ θεραπευόμενος; εἰ Θεὸς ὁ προσφέρων, οὐδεὶς ᾧ προσφέρῃ. Τί γὰρ θεότητος ἄξιον, ἵν' ὡς ἐλάττων προσφέρῃ τῷ μείζονι; Ibidem.

III. Unde igitur eis Deus appellandus pontifex viſus eſt, qui ſacrificio, ſecundum ſacerdotii ritum, ad profectum ſuum omnino non indiget? perpetuus quippe poſſeſſor eſt divinitatis. *Ex hominibus nempe electus, atque ſuſceptus pontifex, pro hominibus conſtituitur apud Deum.* Hebr. 5. v. 1.

Πόθεν οὖν αὐτοῖς ὁ Θεὸς κεκλῆται νῦν ἀρχιερεὺς ὀνομάσθη, ὁ θυσίας εἰς προσκοπὴν ἰδίαν καὶ τοὺς ἀρχιερέας μὴ χρήζων; ὁ θεότητος κτήτωρ· Ἐξ ἀνθρώπων ληφθεὶς, ὑπὲρ ἀνθρώπων καθίσταται τῷ πρὸς τὸν Θεόν. Ibidem.

IV. *Non angelos apprehendit, ſed ſemen Abrahæ apprehendit.* Nunquid ſemen Abrahæ eſt ipſa divinitas? Audi conſequentem etiam vocem: *Unde debuit per omnia fratribus ſimilis fieri.* Numquid divinitati? Quos enim Deus Verbum habere potuit fratres ſimiles ſui? Hebr. 2. v. 16. Ibid. v. 17.

Οὐκ ἀγγέλων ἐπιλαμβάνεται, ἀλλὰ σπέρματος Ἀβραὰμ ἐπιλαμβάνεται. μὴ σπέρμα τοῦ Ἀβραὰμ ἡ θεότης; ἄκουσον καὶ τὴν ἑπομένην φωνήν· Ὅθεν ὤφειλε κατὰ πάντα τοῖς ἀδελφοῖς ὁμοιωθῆναι. μὴ τῇ θεότητι; ἵνας ὁ Θεὸς λόγος ἔχειν ἀδελφοὺς ἐοικότας; Ibidem.

V. Reſpice etiam illud, quod his dictis adjungitur: *Ut miſericors fieret & fidelis pontifex ad Deum; in eo enim, in quo paſſus eſt & ipſe tentatus, poteſt & his, qui tentantur, auxilium ferre.* Qui igitur paſſus eſt, ille eſt pontifex miſericors; patibile autem templum eſt, non hic qui vivificator eſt Deus. Ibid. v. 18.

Σκόπει δὲ καὶ τούτοις οὗς συναπτόμενον· Ἵνα γένηται ἐλεήμων καὶ πιστὸς ἀρχιερεὺς τὰ πρὸς τὸν Θεόν. ἐν ᾧ γὰρ πέπονθεν αὐτὸς πειρασθεὶς, δυνάται τοῖς πειραζομένοις βοηθῆσαι. Σκοπῶ ὁ παθὼν ἀρχιερεὺς ἐλεήμων, παθητὸς ὁ ναὸς, οὐχ ὁ ζωοποιὸς καὶ πεπονθὼς Θεός. Excerpto II. Epheſ.

VI. Semen Abrahæ is eſt, qui *heri & hodie*, ſecundum Pauli Apoſtoli vocem; non ille qui dixit: *Antequam Abraham eſſet, ego ſum. Similis hic fratribus per omnia.* qui humanæ animæ corporiſque ſuſcepit fraternitatem; non ille qui dixit: *Qui me videt, videt & Patrem meum.* Hebr. 13 v. 8. Ioan. 8. v. 58. Hebr. 2. v. 17. Ioan. 14. v. 9.

Σπέρμα Ἀβραὰμ ὁ χθὲς καὶ σήμερον, κατὰ τὸν Παύλου φωνήν. οὐχ ὁ λέγων· Πρὶν Ἀβραὰμ γενέσθαι, ἐγὼ εἰμι. ὅμοιος τοῖς ἀδελφοῖς κατὰ πάντα. ὁ ψυχῆς ἀνθρωπίνης καὶ σαρκὸς ἀναλαβὼν ἀδελφότητα, οὐχ ὁ λέγων· Ὁ ἑωρακώς ἐμὲ, ἑώρακε τὸν πατέρα. Ex lib. 3. adverſus Neſtorium.

VII. Miſſus eſt autem ille, nobis conſubſtantialis, & vnctus, & prædicans captivis remiſſionem, & cæcis viſum: *Spiritus enim Domini ſuper me, propter quod vnxit me; pauperibus evangelizare miſit me, ſanare contritos corde, prædicare captivis remiſſionem, & cæcis viſum.* Iſai. 61. v. 1.

Ἀπεσταλὴ δὲ ὁ ἡμῖν ὁμοούσιος, καὶ χρίσας κηρύττων αἰχμαλώτοις ἄφεσιν, καὶ τυφλοῖς ἀνάβλεψιν· Πνεῦμα γὰρ κυρίου ἐπ' ἐμὲ, οὗ ἕνεκεν ἔχρισέ με. Ibidem.

VIII. Cum porro de Chriſto diceret, quod *miſſus eſſet denuntiare captivis remiſſionem;* Apoſtolus addidit hoc etiam, & dixit: *Hic qui fidelis Deo factus eſt pontifex.* Factus eſt enim hic, non perpetuo antea fuerat. Hic paulatim in pontificis profecit, hæretice, dignitatem. Audi vocem tibi hoc evidentius declamantem: *Qui in diebus*, inquit, *carnis ſuæ preces ſupplicationeſque ad eum, qui poſſet ſalvum a morte facere, cum clamore valido & lacrymis offerens, exauditus eſt pro ſua reverentia; & quidem cum eſſet Filius, didicit ex illis, quæ paſſus eſt, obedientiam, & conſummatus factus eſt omnibus obtemperantibus* Hebr. 5. v. 7. Hebr. 2. v. 17.

Ὅτι ἀπεσταλὴ κηρύξαι αἰχμαλώτοις ἄφεσιν, καὶ τυφλοῖς ἀνάβλεψιν, ἀπόστολος ἐπιφέρει καὶ φησιν· Οὗτος ὁ πιστὸς τῷ Θεῷ γεγενημένος ἀρχιερεύς. ἐγένετο γὰρ, οὐκ ἀΐδιος ἦν. ἔστι ὁ κατὰ μικρὸν, αἱρετικὲ, εἰς ἀρχιερέως προκόψας ἀξίωμα. ἄκουε σαφέστερον σοι βοώσης φωνῆς· Ὃς ἐν ταῖς ἡμέραις, φησὶ, τῆς σαρκὸς αὐτοῦ, δεήσεις τε καὶ ἱκετηρίας πρὸς τὸν δυνάμενον σώζειν αὐτὸν ἐκ θανάτου, μετὰ κραυγῆς ἰσχυρᾶς, καὶ δακρύων προσενέγκας, καὶ εἰσακουσθεὶς ἀπὸ τῆς εὐλαβείας, καίπερ ὢν υἱὸς, ἔμαθεν ἀφ' ὧν ἔπαθε τὴν ὑπακοὴν, καὶ τελειωθεὶς ἐγένετο τοῖς ὑπακούουσιν Excerpto II. Epheſino.

κούσιν αὐτῷ πᾶσιν αἴτιος σωτηρίας ἀιωνίου.

perantibus sibi causa salutis æternæ.

Excerpto eodem.

Τηρεῖται ὁ κατὰ μικρὸν προκόπτων, αἱρετικέ, καθὰ οὐδὲ ὁ Λουκᾶς ἐν τοῖς εὐαγγελίοις βοᾷ· Ἰησοῦς προέκοπτεν ἡλικίᾳ καὶ σοφίᾳ καὶ χάριτι. οἷς σύμφωνα ὁ Παῦλος φθεγγόμενος· Τελειωθεὶς, φησὶν, ἐγένετο τοῖς ὑπακούουσιν αὐτῷ πᾶσιν αἴτιος σωτηρίας αἰωνίου. προσαγορευθεὶς ὑπὸ τοῦ Θεοῦ ἀρχιερεὺς κατὰ τὴν τάξιν Μελχισεδέκ. ἔστι ὁ Μωσῆ κατὰ τὴν φρατρίας συγκρινόμενος τύπον. ὁ σπέρμα τοῦ Ἀβραὰμ κεκλημένος. ὁ κατὰ πάντα τοῖς ἀδελφοῖς παρεμπλήσιος. ὁ χρόνῳ γενόμενος ἀρχιερεύς. ὁ διὰ παθημάτων τελειωθείς. ὁ ἐν ᾧ πέπονθεν αὐτὸς πειρασθεὶς, δυνάμενος τοῖς πειραζομένοις βοηθῆσαι. ὁ κατὰ τὴν τάξιν Μελχισεδὲκ ἀρχιερεὺς κεκλημένος. τί οὖν ἀνερμηνεύτως παῦλε Παῦλε τὴν ἀπαθῆ Θεὸν λόγον ὑπηρέτει καταμιγεῖ σώματι, καὶ παθητὸν ἀρχιερέα ποιεῖς;

Consummatur autem id, quod paulatim proficit, hæretice, de quo etiam & Lucas in Evangelio clamat: JESUS *proficiebat ætate, & sapientia, & gratia.* Quibus congrue etiam Paulus dicens: *Consummatus factus est omnibus obtemperantibus sibi causa salutis æternæ; appellatus a Deo pontifex secundum ordinem Melchisedech.* Hic ille cum Mose, quoad ducendi exercitus typum, comparatus; ille *semen Abrahæ* vocatus; ille *per omnia similis fratribus*; ille *tempore factus pontifex*; ille *per passiones consummatus*; ille *qui in quo passus est, ipse tentatus, potest tentatis auxiliari*; ille *secundum ordinem Melchisedech pontifex appellatus.* Cur igitur diversa sentis a Paulo? Cur impassibilem Deum Verbum corpore terreno commiscens, passibilem pontificem facis? IX. Luc. 2. v. 52. Hebr. 5. v. 6.

Ex lib. 3. adverf. Neftor.

Οὐκοῦν ἡμῖν τούτου μόνος ἀρχιερεύς, συμπαθοῦς, καὶ συγγενοῦς, καὶ βεβαίου τῆς εἰς αὐτὸν μὴ ἀποδιοστρέπεσθε πίστεως. αὐτὸς γὰρ ἡμῖν τὴν ἐπηγγελμένην εὐλογίας ἐκ σπέρματος Ἀβραὰμ ἀπεστάλη, ὡς ὑπὲρ ἑαυτοῦ καὶ τοῦ γένους, τὴν τοῦ σώματος θυσίαν συνεπαγόμενος.

Cum sit igitur nobis hic solus pontifex condolens, & cognatus, & firmus, de ejus fide nunquam depellamini. Ipse enim nobis ex promissa benedictione, ex semine Abrahæ missus est, vtpote pro se, & pro suo genere, corporis sacrificium offerens. X.

SERMO SEPTIMUS NESTORII,

QUI QUARTUS IN PROCLUM,

adversus eos, qui propter conjunctionem, vel divinitatem Verbi mortificant, vel humanitatem deificant.

Mario Mercatore interprete.

Sermonis qui meminerunt, præter Marium Mercatorem interpretem.

DUBITARE non licet, quin sit verus hic hæresiarchæ fœtus: neque enim fallit fides eorum, qui non meminerunt tantum ipsius, sed etiam prolixa inde fragmenta retulerunt.

In ep. ad cleric. suos Constant. existentes, parte 3.

Cyrillus. *Miserunt*, inquit, *huic diacono qui rerum ecclesiasticarum curam gerit, duas chartulas; vnam quidem compositam a Phosio forsitan, aut ab alio quolibet, adversus librum meum, quem ad monachos edidi: & aliam veluti in speciem quaternionis, inconvenientem habentem etiam titulum, hoc modo:* Adversus eos, qui propter conjunctionem, vel divinitatem Verbi mortificant, vel humanitatem deificant. *Præfatio autem sic se habet*, Contumelias, &c. *Deinde conatur ostendere, quod corpus passum sit, & non Deus Verbum*, &c.

Ex eodem refert prolixa fragmenta excerpto 8. & 9. & 10. & 11. & 12. apud Mercatorem. Refert quoque libro primo contradictionum pagina 14. libro secundo pag. 52. 54. & 58. libro quinto pag. 134. & 138. editionis Græco-Latinæ Parisiensis. Refert item in responsione ad objectiones Orientalium adversus tertium anathematismum: quibus ex locis Græcum textum desumpsimus.

Oblata sunt in concilio Ephesino excerpta quædam ex libris Nestorii. Pertinent ad hunc sermonem, quæ VII. VIII. XIV. & XIX. numero recensentur: & hinc quoque Græca accepimus. Parte 4. act. 1.

Titulus, vt modo dictum est, repeti debet ex epistola Cyrilli ad suos clericos.

I. Orditur ab expositione eorum, quæ patefiebant.

CONTUMELIAS quidem in me hæreticorum arbitror tanquam delirantium machinas, & horum in mare comminatas submersiones, perturbationum quoque desideria, & persecutionum nova, quæ intenduntur, molimina, & indigentium negligentiam, quam nobis objiciunt, & aliorum in nos garrulitatis deliramenta, tanquam ranarum ego strepitus rideo, aut certe quantum infantium jacula, aut castra contemno, qualia Propheta quondam deridebat dicens: *Sagittæ parvulorum factæ sunt plagæ eorum.* Ps. 63. v. 8.

II. Suam constantiam prædicat.

Nihil autem illo est pastore miserius, qui luporum laudibus gloriatur, quibus si placere voluerit, atque ab his amari delegerit, erit hinc ovibus magna pernicies. Nullus igitur pastorum placere lupis & gregibus ovium potest; illorum ergo, sicut prædixi, despiciam voces, Domini contra eos proferens dicta: *Progenies viperarum, quomodo poteſtis bona loqui, cum ſitis mali?* Matth. 12. v. 34.

III. Oppugnat sententiam illam Procli, Θεὸς ὁ πάσχων ὤφελον.

His tamen sensibus, quibus contra Dominum armantur, obsistere & adversari necessarium est. Mortalem enim vivificatricem deitatem appellant, & in theatricas fabulas Deum Verbum audent deducere, tanquam idem sit pannis involutus, & mortuus, proh nefas! Ut Dominus Christus in nos benignitatem suam extenderet, periclitatur apud eos de deitatis dignitate decidere.

IV. Invehitur injuriose in Proclum, abutens Scripturæ sententiis.

Audi, miserrime, & quamvis rabidus, curam ad te sanitatis admitte: non occidit Pilatus deitatem, sed deitatis vestimentum; non Deus Verbum sindone a Joseph involutus sepulturæ mandatus est. Quomodo enim ille hoc poterat pati, *qui tenet circulum terræ, & omnes habitantes in ea, tanquam locuſtas,* sicut ait Propheta? Isai. 40. v. 22.

V. Pergit abuti Scripturæ verbis Matth. 27. v. 57.

Sed quis ille est, qui involvitur linteis sepulturæ? Audi evangelicis vocibus personari: *Venit homo dives ab Arimathia, cui nomen erat Ioſeph, qui & ipſe fuerat diſcipulus* JESU. *Hic adiit Pilatum, & poſtulavit corpus* JESU. *Tunc Pilatus juſſit reddi corpus; & accipiens corpus illud Ioſeph involvit in ſindone munda, & poſuit illud in monumento.* Ter dixit *corpus*, & nec semel meminit deitatis: nec enim vulneraverant milites lancea deitatem. Sed quid est quod ab illis est vulneratum? A Joanne docere: *unus*, inquit, *militum lancea ſua pupugit latus ejus.* Ioan. 19 v. 34. Et audi adhuc argumentum, quo constat deitatem minime vulneratam. *Exiit*, inquit, *ſtatim ſanguis & aqua.* Ibidem.

VI. Ex ratione.

Non ipse mortuus est, qui vivificat: qui enim subsisteret? qui mortuum suscitaret? Venit homines mortuos suscitare: nam ipse mortuis invenitur auxilium ferre jacentibus; non ipse tanquam jacens auxilii inops esse.

Non est mutatus conjunctione seu societate hominis Deus; ipse enim est, qui per Prophetam clamat: *Ego ſum, ego ſum, & non ſum mutatus.* Mal. 3. v. 6. Et iterum: *Tu autem idem ipſe es, & anni tui non deficient.* Ps. 101. v. 28. Sed vnitus humanæ naturæ, & deitatis eam complexibus stringens in altum levavit, manens id quod existebat.

VII. Ex lib. 5. adverſ. Neſtor. Et testimonio Petri apostoli.

Διὰ τοῦτο καὶ τῆς ἡμετέρας ἀπῄρχης, ὁ μακάριος Πέτρος καταγέλων, καὶ τὴν οὐκ οὖσαν θεότητος φαινομένης φύσεως διηρημένος ὕψωσιν· Τοῦτον, φησὶν, τὸν Ἰησοῦν ἀνέστησεν ὁ Θεός. Σὺ ἀπέθανε Θεὸς, ἀλλὰ ἀνέστησεν.

Ipse propterea Petrus de primitiis nostris prædicans, & illam altitudinem narrans, quam huic visibili naturæ contulit Deus: *Hunc*, inquit, JESUM *ſuſcitavit Deus.* Act. 10. v. 40. Non ergo mortuus est Deus, sed suscitavit.

VIII. Sub nomine Apollinaris & Arii Proclum proscindit. Ibidem.

Ἄκουε τοῦ τοῦ Πέτρου ῥημάτων, Ἀπολινάριε, ἄκουε σὺ Ἀπολιναρίου, καὶ Ἀρειε. Τοῦτον, φησὶ, τὸν Ἰησοῦν ἀνέστησεν ὁ Θεὸς τὸν φαινόμενον, τοῦτον τὸν ὁρώμενον ὄμμασι, τὸν ξύλῳ προσπλαθέντα, τὸν τοῦ Θωμᾶ ψηλαφηθέντα χεροὶ, τὸν προὸς αὐτόν· Κατεργάσασθε, ψηλάφησον, ὅτι πνεῦμα σάρκα καὶ ὀστέα οὐκ ἔχει, καθὼς ἐμὲ θεωρεῖτε ἔχοντα. καὶ ταῦτας πειθεὶς ὁ μαθητὴς τὸν φωνῇ, καὶ τῇ ψηλαφήσει τῶν σταυρωθέντος σώματος πειθεὶς ἀνάστασιν, τὸν παραδοξοποιὸν ἐδοξολόγει Θεόν· Ὁ κύριός μου, καὶ ὁ Θεός μου, δόξα σοι. καὶ τὸ ψηλαφηθὲν προσπαρρᾶν Θεόν. οὐδὲ γὰρ ψηλαφήσει θεότητος εἰδέναι.

Audi Petrum dicentem, o Apollinaris. Audi cum Apollinare tu quoque impietas Ariana. *Hunc*, inquit, JESUM *ſuſcitavit Deus;* hunc qui paret; hunc quem oculi intuentur, qui affixus est ligno, qui palpatus est manibus Thomæ, qui ad eum clamavit: *Palpate, & videte, quia ſpiritus oſſa & carnem non habet, ſicut me videtis habentem.* Luc. 24. v. 39. Et his certior vocibus factus, ipsius palpati & crucifixi corporis resurrectione, mira hæc facientem glorificabat Deum: *Deus meus,* dicens, *& Dominus meus.* Ioan. 20. v. 28. Non illud quod palpaverat, appellans Deum: nec enim indagatur deitas isto palpatu. Si enim Deum Verbum cognoscere, vel addiscere palpatu isto Thomas inciperet, dixisset sine dubio ad eum Dominus: Contrecta & vide, quia spiritus sum & Deus. Nunc autem e diverso palpa, inquit, & vide, quia spiritus non sum: nam *ſpiritus carnem & oſſa non habet, ſicut me videtis habentem.* Luc. 24. v. 39. Me scilicet, quem secundum

Sophistice argumentatur.

ad, quod videtur, & paret, videtis esse compositum, & secundum corporis substantiam esse contrectabilem cernitis.

IX. Iterum alieno nomine traducit Proclum. *Ibidem. Act. 10. v. 40.*

Non enim, Apollinaris, ossa & caro est deitas Verbi paterni. De isto palpabili clamat Petrus: *Hunc* JESUM *suscitavit Deus.* Dextera itaque exaltatus est Dei, non tamen dextera adjuvante Verbum. O insania Ariana! Promissione quoque sancti Spiritus accepta a Patre effudit hunc, quem vos videtis & auditis.

Περὶ τοῦ ψηλαφητοῦ τούτου καὶ ὁ Πέτρος ἐβόα· Τοῦτον τὸν Ἰησοῦν ἀνέστησεν ὁ Θεός. τῇ δεξιᾷ οὖν τοῦ Θεοῦ ὑψωθείς. δοξιᾶς δὲ βοηθούσης ὁ Θεὸς λόγος οὐκ ἔχεησεν, Ἀρεῖε.

Act. 2. v. 33.

X. Exponit suo sensu modum conjunctionis naturarum in Christo, adducto testimonio Pauli. *Philipp. 2. v. 6. Ex lib. 1. adverf. Neftor. Heb. 1. v. 2.*

Et audi Paulum de Deo ratiocinantem, & illam inconvertibilem Dei & hominis exponentem conjunctionem. *In forma*, inquit, *Dei constitutus, non rapinam arbitratus est esse se æqualem Deo; sed semetipsum exinanivit, formam servi accipiens.* Sic & in aliis quidem, inquit, *locutus est nobis in Filio, quem constituit hæredem vniverfeorum, per quem fecit & fecula, qui est fplendor gloriæ.* Prorfus filium caute eum, & fplendorem gloriæ nuncupat, & pofitivum hæredem: hæredem quidem pofitivum fecundum carnem; fplendorem autem gloriæ paternæ fecundum deitatem. quia nec difceffit incarnatus a fimilitudine, quæ ei cum Patre eft. Propter quod & Paulus inquit: *Qui eft fplendor gloriæ;* ne forte cum audiffet quifpiam: Erat *in forma Dei;* tanquam tranfeuntis & commutatæ fufpicaretur eum effe naturæ.

Οὕτω καὶ ἐν ἑτέρῳς, φησὶν, ἐλάλησεν ἡμῖν ἐν υἱῷ, ὃν ἔθετο κληρονόμον πάντων, δι' οὗ καὶ τοὺς αἰῶνας ἐποίησεν, ὃς ὢν ἀπαύγασμα τῆς δόξης. εἷς ὁ, υἱὸς, καλῷ τοῦτον ἀσφαλῶς, καὶ ἀπαύγασμα τῆς δόξης. ἐπεὶ κληρονόμον μὲν κατὰ τὴν σάρκα θετὸν, ἀπαύγασμα δὲ τῆς πάλιν δόξης κατὰ τὴν θεότητα· ὁ γὰρ ἀπέστη τῆς τοῦ πατρὸς ὁμοιότητος.

XI. Et Joannis. *Ioan. 1. v. 1.*

Joannes quidem Verbi & Patris adinvicem coæternitatem defcribendo, vtebatur his dictis: *In principio erat Verbum,* EST, prætermittens; non enim dixit: In principio eft Verbum, & Verbum eft apud Deum; fed: *In principio Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum.* Quærebatur enim, quæ prima effet exiftentia, five effentia ejus, qui hominem geffit.

XII. Iterum vexat locum Pauli. *Philipp. 2. v. 5*

Paulus autem omne fimul, quod accidit, narrat, & incarnatam effentiam, & incarnatæ deitatis vnitionem incommutabilem ac femper manentem, propter quod & fcribens clamabat: *Hoc fentiatur in vobis, quod & in* CHRISTO JESU, *qui cum in forma Dei effet conftitutus, femetipfum exinanivit, formam fervi accipiens.* Non dixit: Hoc fentiatur in vobis, quod & in Deo Verbo, qui cum in forma Dei effet conftitutus, formam fervi accepit. Sed accipiens Apoftolus Chrifti nomen, tanquam duarum naturarum appellationem fignificativam, abfque fui periculo, eum, & fervi formam, & Deum nuncupat irreprehenfibiliter: his divifis, quæ ad naturam duplicem fignificandam dicuntur; & non hoc folum chriftianis prædicans, quia incommutabilis eft Deus Chriftus, fed & benignus, formam fervi accipiens, & quod fubfiftebat exiftens, vt noveris non mutatum poft vnitionem, fed vifum fimul benignum & juftum: mors enim pro impiis fine peccato carnis eft ejus; & quod eam pro inimicis non refugit, inæftimabilis benignitatis eft gratia. *Vix enim*, fecundum Paulum, *pro jufto quis moriatur?*

Τοῦτο φρονείσθω ἐν ὑμῖν, ὃ καὶ ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ, ὃς ἐν μορφῇ Θεοῦ ὑπάρχων, ἑαυτὸν ἐκένωσε, μορφὴν δούλου λαβών. οὐκ εἶπε· Τοῦτο φρονείσθω ἐν ὑμῖν, ὃ δὲ ἐν τῷ Θεῷ λόγῳ, ὃς ἐν μορφῇ Θεοῦ ὑπάρχων, μορφὴν δούλου ἔλαβεν. ἀλλὰ λαβὼν ὁ, Χριστὸς, ὡς τῶν δύο φύσεων προσηγορίαν σημαντικὴν ἀκινδύνως αὐτὸν καὶ δούλου μορφὴν ἀδιαβλήτῳ, καὶ Θεὸν ὀνομάζει, τὸν λεγομένων εἰς τῶν φύσεων δηλόπλως μεταλαμβάνων διπλοῦν.

Excerpt. 1. Ephef.

Vide notam.

Rom. 5. v. 7.

XIII. Argumentum Proeli conatur retorquere, aut infringere. De reconciliatione humani generis per Chriftum.

Sufcipere autem humanum genus per hominem, & reconciliare Adam, multa juftitiæ circumfpectio eft: juftum enim erat, naturam, quæ offenderat, hanc denuo Deo placitam liberare; & juftum eft obnoxiam quondam, quæ debitum incurrit, abfolvere: irreprehenfibilem namque & fine querela, hominum natura debebat Deo converfationem; fed deficiebat in exfolutione. * Negligentiæ enim paffionis animam huc atque illuc trahentes, nudam eam a virtutibus impellebant, & rari erant pietatis ac juftitiæ profeffores: & tunc illi, ad illius temporis paupertatem, qui viderentur vel putarentur effe profeffores? Per vniverfum autem terrarum orbem debitum erat: *Omnes enim,* inquit, *peccaverunt, & egent gloria Dei.* Peccati fœnus quoque crefcebat.

* Neglectæ enim paffiones

Rom. 3. v. 23.

XIV.

Quid ergo Dominus Chriftus? Peccatis obligatum videns genus humanum, & indignum ad redhibitionem, non imperio exfolvit debitum, ne juftitiam benignitas læderet; & hujus rei teftis Paulus Apoftolus clamans: *Chriftus*, inquit, *quem propo-*

Ibid. v. 25.

fuit Deus propitiatorium per fidem in sanguine ipsius ad ostensionem justitiæ ejus; vt ostendatur, inquit, benignitas justa, non sine judicio passim & vtcunque donata: propterea Christus debentis suscepit personam naturæ, & per eam debitum tanquam Adæ filius reddidit.

XV. Catholice aliqua ex parte sentire visus est Celestino Papæ. *Vide notas.*

Oportebat enim debitum luentem ex genere deduci ejus, qui id aliquando contraxerat; ex muliere debitum, ex muliere absolutio: sed disce debitum, vt discas retributionem.

Confert Adamum & Christum.

Escæ causa Adam pœnæ debitor factus est. Solvit hanc Christus in deserto esuriens, diaboli super escæ refectione consilium spernens.

XVI. Quoad religionem. *Genes. 3. v. 5.*

Ille divinitatis contra Deum appetitæ reatum incidit, cum audisset a diabolo: *Eritis tanquam dii;* & escam promptus invasit. Sed hanc Christus exsolvit, quando dæmoni potentiam promittenti, hæc enim ad eum dicebat: *Omnia tibi dabo, si procidens adoraveris me;* & ejus vocem ipse respuens respondebat: *Vade, satana, Dominum Deum tuum adorabis, & illi soli servies.*

Matth. 4. v. 9.

Ibid. v. 10.

XVII. Et obedientiam. *Philipp. 2. v. 8. Col. 2. v. 14.*

Ex inobedientia in ligno pœnæ Adam debitor fuit; reddidit & hanc Christus in ligno *obediens factus.* Propterea & Paulus ait: *Chirographum peccatorum nostrorum, quod erat nobis contrarium, tulit de medio, affigens illud cruci.* Et qui reddebat pro nobis, Christus est; in ipso autem nostra debitum natura solvebat. personam enim ejusdem naturæ susceperat, cujus passiones in sua passione solvebat, quia *habemus redemptionem in sanguine ipsius,* vt dictum est a Paulo.

Eph. 1. v. 7. & Col. 1. v. 14.

XVIII. Oratorie exultat.

Vide nunc naturam nostram in Christo apud Deum causam adversus diabolum perorantem, & justis hisce vtentem allegationibus: Injuria opprimor, justissime judex, diabolus me iniquus impugnat, evidenti adversus me vtitur impotentiæ tyrannide. Esto, priorem Adam tradiderit morti, quia ejus peccati occasio fuit; secundum Adam, quem ex Virgine figurasti, ob quam, rex, noxam crucifixit? Qua etiam causa latrones cum ipso vna suspendit? Cur *qui peccatum non fecit, nec dolus inventus est in ore ejus, cum iniquis est deputatus?* An forte execranda ejus intentio non manifesta est? Aperte mihi tanquam imagini tuæ, Domine, invidet. Sine vlla occasione irruens in me, subvertere me nititur; sed tu mihi justum te judicem tribue. Iratus es mihi causa prævaricationis Adæ, pro quo si habes Adam sine peccato tibi conjunctum, vt propitieris, exoro. Esto, propter illum corruptioni me tradideris, propter hunc de incorruptione participa. De mea vterque eorum natura est. Sicut prioris in morte particeps fui, & immortalis vitæ secundi particeps fiam. Indubitatis & inexpugnabilibus firmor allegationibus. Omnifariam adversarium supero. Si de corruptione, quæ ex Adam mihi facta est, controversiam moverit, ex illius, qui peccatum non fecit, vita ego e diverso præscribam. Et si me ille ex illius accusat inobedientia, ex hujus eum obedientia reum ego constituam.

1. Petr. 2. v. 22. Luc. 22. v. 37.

XIX. Sentit aliquatenus catholice de originaria potestate diaboli in homines. *Ioan. 12. v. 31.*

Hunc de diaboli victoria Christus agens triumphum: *Nunc judicium,* inquit, *est mundi hujus; nunc princeps mundi mittetur foras.* Sicut enim protoplasti tenuit diabolus culpam adversus omnem ejus posteritatem, & originariam habuit actionem; sic inculpatas in Christo primitias massæ suæ natura cum possedisset, adversus diabolum nitens ipsis vincebat defensionibus, de quibus adversarius præsumebat: in Christo enim justissime primitiarum suarum contra eum inculpatam originem profert, si priores ex Adam reatus causas diabolus ingerit. Et hoc est, quod Paulus ait: *Christus mortuus est pro peccatis nostris; imo qui & resurrexit, qui est in dextera Dei, etiam interpellat pro nobis.*

Rom. 8. v. 34.

XX. Explicat causam Incarnationis. *Rom. 8. v. 34.*

Interpellat namque a Christo induta massa nostra, libera prorsus ab omni peccato, & oritur injusta defensio contra pœnam nostram, quam ex initio ille, qui prior figuratus est, suo generi intulit: hæc suscepti hominis occasio, vt homo per carnem dissolveret, quam per carnem meritus est corruptionem.

XXI. Redit ad impietatem. *Ioan. 2. v. 19.*

Hujus hominis, non deitatis, tertii diei sepultura est. Hujus pedes tenti sunt clavis. Hunc Spiritus sanctus in vtero figuravit. De hac carne Dominus ad Judæos: *Solvite,* inquit, *hoc templum, & in triduo suscitabo illud.*

XXII. Proclum alloquitur. *Ioan. 8. v. 48.*

Nunquid ego duplicem Christum solus appello? Nonne semetipsum & templum solubile, & Dominum nuncupat suscitantem. Si autem Deus erat, qui solvebatur, (quæ in caput Arii blasphemia convertatur) dixisset Dominus: Solvite Deum istum, & in triduo suscitabitur; si Deus mortificatus est in sepulcro, mentitur Christus, qui dixit: *Quid me quæritis occidere hominem, qui vera locutus sum vobis?*

XXIII. Ex lib. 1. adverf. Nestor. Et convitiis onerat.

Ἀλλ' οὐ ψιλὸς ἀνθρωπος ὁ Χριστὸς, συκοφάντα, ἀλλ' ἀνθρωπος ὁμοῦ καὶ Θεός. Εἰ δὲ μόνον γεγονὼς Θεὸς, ἐχρῆν, Απο-

Sed non nudus homo Christus, o calumniator; sed homo simul & Deus: si autem Deus tantummodo existeret, oportebat eum, secun-

λινάειε, Εἰπεῖν· Τί με ζητεῖτε ἀποκτεῖναι Θεὸν, ὃς τὴν ἀλήθειαν ὑμῖν λελάληκα; λέγει δὲ· Τί με ζητεῖτε ἀποκτεῖναι ἄνθρωπον, τοῦτον ὁ τὴν ἀκήδιστον παρεξήλυθος στέφανον; τοῦτον ὁ λέγων· Θεέ μου, ἵνα τί με ἐγκατέλιπες; τοῦτον ὁ πεπίμεσον τελευτῶν ὑπομένας.

dum Apollinarem, dicere: Quid me quæritis occidere Deum, qui vobis veritatem locutus sum? Nunc autem dicit: Quid me quæritis occidere hominem istum, qui spinis coronatus est; istum, qui dixit: *Deus Deus meus, quare me dereliquisti*; istum, qui triduanam sustinuit mortem.

Matth. 27. v. 46. &c.

XXIV. Suæ impietatis venenum aureo poculo propinat.

Προσκυνῶ σὺν τῇ θεότητι τῶν, ὡς τὴν θείας συνεργὸν ἀνθρωπίας.

Adoro hunc autem cum deitate, tanquam divinæ cooperarium auctoritatis. *Manifestum sit enim*, inquit Scriptura, *viri fratres, quia nobis per Christum remissio peccatorum annuntiatur.*

Act. 13. v. 38.

XXV. Tanquam dominicæ bonitatis veneror instrumentum. *Estote enim*, inquit, *invicem benigni & misericordes, sicut & Deus in Christo donavit nobis.*

Ephes. 4. v. 32.

XXVI. Honoro tanquam consiliorum Dei curiam: *Volo enim vos scire cognitionem sacramenti Dei Patris & Jesu Christi, in quo sunt omnes thesauri sapientiæ & scientiæ absconditi.*

Col. 2. v. 1.

XXVII. Suscipio tanquam formam pro Deo apud nos spondentem. *Qui me misit*, inquit, *verax est, & ego quæ ab ipso audivi, hæc loquor.*

Ioan. 8. v. 26.

XXVIII. Beatifico tanquam obsidem pacis æternæ: *Ipse enim est pax nostra, qui fecit vtraque vnum, & medium parietem maceriæ, solvens inimicitias in carne sua*, &c.

Ephes. 2. v. 14.

XXIX. Colo tanquam divinæ indignationis propitiatorium. *Christum*, inquit, *proposuit Deus propitiatorium fidei per fidem in sanguine ipsius.*

Rom. 3. v. 25.

XXX. Amo & revereor tanquam mortalium immortalitatis initium. *Ipse enim est*, inquit, *caput corporis Ecclesiæ, qui est initium, primogenitus ex mortuis.*

Col. 1. v. 18.

XXXI. Amplector tanquam speculum divinitatis resplendentis. *Deus enim*, inquit, *erat in Christo mundum reconcilians sibi.*

2. Cor. 5. v. 19.

XXXII. Adoro tanquam animatam regis purpuram. *In forma enim*, ait, *constitutus Dei, semetipsum exinanivit formam servi accipiens, & habitu inventus vt homo.*

Philipp. 2. v. 6.

XXXIII. Laudo tanquam manum divinitatis in vitam me eripientem de morte. *Cum enim exaltatus*, inquit, *fuero de terra, tunc omnes ad me attraham.* Et quis ille exaltatur, ostendens scriba fidelis, ait: *Hoc enim dicebat significans, qua morte esset moriturus.*

Ioan. 12. v. 32. Ibidem v. 33.

XXXIV. Admiror tanquam januam ad divina introitus. *Ego enim sum janua*, inquit; *per me qui ingressus fuerit, liberabitur, & intrabit, & exibit, & habitationem inveniet.*

Ioan. 10. v. 9.

Σέβω αὐτὸν, ὡς τῆς πολυσκάρους εἰκόνα θεότητος. ὑπερύψωσε γὰρ αὐτὸν, καὶ ἐχαρίσατο αὐτῷ ὄνομα τὸ ὑπὲρ πᾶν ὄνομα, ἵνα ἐν τῷ ὀνόματι Ἰησοῦ Χριστοῦ πᾶν γόνυ κάμψῃ ἐπουρανίων, καὶ ἐπιγείων, καὶ καταχθονίων.

XXXV. Adoro tanquam omnipotentis imaginem deitatis. *Superexaltavit enim eum*, inquit, *Deus, & donavit illi nomen, quod est super omne nomen, vt in nomine ejus omne genu flectatur cælestium, terrestrium, & infernorum.*

Ex lib. 2. adverf. Neſtor. Philipp. 2. v. 9.

Διὰ τὴν κεκρυμμένον προσκυνῶ τὸν φανόμενον. ἀχώριστος τοῦ φανομένου Θεός. ἀφ' τόπου τοῦ μὴ χωριζομένου τινὸς μένου οὐ χωρίζω. χωρίζω τῆς φύσης, ἀλλ' ἑνῶ τὴν προσκύνησιν.

XXXVI. Propter occultum, adoro quod oculis paret. Inseparabilis est Deus. Ejus qui paret dignitatem non separo, inseparabilis est enim; separo naturas, sed conjungo reverentiam.

Excerpt. 8. Ephes. Merum impietatis virus eructat.

Οὐ καθ' ἑαυτὸ Θεὸς ὁ πλασθὲν ὅτι μήτρας. οὐ καθ' ἑαυτὸ Θεὸς ὁ πλασθὲν ἐκ τοῦ πνεύματος. οὐ καθ' ἑαυτὸ Θεὸς ὁ ταφὲν ὅτι μνήματος· οὕτω γὰρ δὴ ἤλθον ἀθεοπολάτραι καὶ νεκρολάτραι σαφῶς.

XXXVII. Non per seipsum Deus est, quod in vtero figuratum est; non per se Deus est, quod creatum est a Spiritu sancto; non per se Deus est, quod in monumento sepultum est: sic enim essemus hominis & mortui manifesti cultores.

Ex lib. 2. adverf. Neſtor.

Ἀλλ' ἐπειδὴ τὸν ἐν τῷ ληφθέντι Θεὸς, ἐκ τοῦ λαβόντος ὁ ληφθεὶς, ὡς τῷ λαβόντι συναφθεὶς, συνζεύγματι Θεός.

XXXVIII. Sed quoniam in assumpto Deus, ex assumente, qui assumptus est, tanquam assumenti conjunctus, appellatur Deus. Propterea & crucifixæ carnis dæmones vocabulum perhorrescunt, crucifixæ scilicet carni conjunctum, non compassum, scientes Deum. Ideo & judex venturus est iste, qui visui paruit, quoniam omnipotenti conjungitur deitati. *Tunc enim*, inquit, *parebit signum filii hominis in cælo, & videbunt filium hominis venientem in nubibus cæli cum virtute & gloria multa.*

Matth. 24. v. 30.

Sicut enim rex parta victoria cum his in civitatibus videtur armis, cum quibus hostem in bello superavit, & se cum iisdem conspicuum vult esse; sic & omnium Dominus rex cum cruce & carne in suam veniet creaturam, cum his armis videndus, quibus impietatem superavit, & judicabit orbem in hominis forma, omnipotenti

XXXIX.

virtute, secundum Pauli præconium, qui ait: *Tempora ignorantiæ despiciens Deus, qui nunc sunt omnibus hominibus præcepit pœnitentiam agere: siquidem statuit diem, in quo judicaturus est orbem in viro, in quo constituit fidem præstare omnibus, suscitans eum a mortuis.* Quod ideo dictum est, vt nullus mortuam suspicetur esse deitatem.

Act. 17. v. 30. Τοὺς γὰρ χρόνους τῆς ἀγνοίας ὑπεριδὼν ὁ Θεὸς, τὴν νῦν πᾶσιν ἀνθρώποις παρεγγέλλει μετάνοιαν. καθότι ἔστησεν ἡμέραν ἐν ᾗ μέλλει κρίνειν τὴν οἰκουμένην ἐν δικαιοσύνῃ, ᾧ ὥρισε πίστιν παρασχὼν πᾶσιν, ἀναστήσας αὐτὸν ἐκ νεκρῶν. πρότερον εἰπὼν, ἐν δικαιοσύνῃ, προσέθηκε τότε δὲ, ἀναστήσας αὐτὸν ἐκ νεκρῶν, ἵνα μηδεὶς τὴν ἐναν θρωπήσασαν ὑποπτεύῃ τεθνηκέναι θεότητα.

XL. Excerpt. penult. Ephes. Redit ad vexandam Procli sententiam de morte Dei.

Καὶ ὅλως, εἰ πᾶσαν ὁμοῦ τὴν καινὴν μεταλαβόντες, οὐκ ἂν εὕροις ἀδαμῶς παρὰ ταύτῃ τὴν θάνατον τοῦ Θεοῦ προσαπόλυμον, ἀλλ' ἢ Χριστῷ, ἢ υἱῷ, ἢ κυρίῳ. ὁ γὰρ Χριστὸς, καὶ ὁ υἱὸς, καὶ ὁ κύριος ὅτι τὸν μονογενῆ παρὰ τῆς γραφῆς λαμβανόμενον, τὴν φύσεων ὅτι τὴν δύο σημαντικήν. ἐπὶ ποτὲ μὲν δηλοῦν τὴν θεότητα, ποτὲ δὲ τὴν ἀνθρωπότητα, ποτὲ δὲ ἀμφότερα. οἷον, ὅταν Παῦλος ὑπαγγέλλων κηρύττῃ· Ἐχθροὶ ὄντες κατηλλάγημεν τῷ Θεῷ διὰ τοῦ θανάτου τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ. τοῦ ἀνθρωποτήτα βοᾷ τὸ υἱοῦ. αὖ λέγει πάλιν ὁ αὐτὸς πρὸς Ἑβραίους· Ὁ Θεὸς ἐλάλησεν ἡμῖν ἐν υἱῷ, δι' οὗ καὶ τοὺς αἰῶνας ἐποίησε. τὴν θεότητα δηλοῖ τὸ υἱοῦ. οὐδὲ γὰρ ἡ σὰρξ δημιουργὸς τῶν αἰώνων, ἡ μετ' αἰῶνας δημιουργηθεῖσα πολλοῖς.

Rom. 5. v. 10.

Hebr. 1. v. 2.

Alludit ad extrema verba Procli. *Vide notas.*

Nam etsi omnem omnino simul novam scripturam perscruteris, non apud eam vsquam invenies, mortem Dei esse; sed, cum scriptum est, aut Christo, aut Filio, aut Domino assignari. Christus enim & Filius & Dominus in vnigenito in Scripturis acceptus, duarum significatio est naturarum; & aliquando quidem deitatem, vel humanitatem, aliquando simul vtrumque designat: verbi causa, cum Paulus scribens prædicat: *Qui cum essemus inimici, reconciliati sumus Deo per mortem filii ejus*; humanitatem ejus demonstrat. Quando iterum ipse dicit ad Hebræos: *Deus locutus est nobis in Filio, per quem fecit & sæcula*; indicat & Filii deitatem. Nec enim caro opifex est multa sæcula fabricata. deitatis, & humanitatis sæculorum, post Ecce Filii Dei & essentiæ appellationis conveniens documentum.

Interrogemus jam, si nomen hoc, id est, *Christus*, etiam *Filius*, accipiatur, & hoc ipsum ad vtraque designanda pertineat. JESUS CHRISTUS, inquit, *heri & hodie, ipse idem in sæcula.* Sicut enim Deus existens, & homo idem ipse, secundum Paulum, & novissimus & ante sæcula; sicut homo quidem recens; sicut Deus autem ante sæcula.

XLI. Torquet verba Scripturæ in suum sensum. Hebr. 13. v. 8.

Ostensum est igitur tibi, quia *Christi* appellatio modo templum, modo inhabitantem Deum in illo demonstrat: exige vbi etiam *Dominus* in Filii persona ponatur, & nunc quidem hominem illum, nunc Deum ostendat. *Venite*, inquit, *videte locum, vbi positus erat Dominus.* Et iterum mulieres tanquam furto a Judæis deflentes ablatum corpus Domini: *Tulerunt*, ait Scriptura, *Dominum meum.* Et ad Galatas Paulus: *Alium*, inquit, *Apostolorum vidi neminem, nisi Iacobum fratrem Domini.* Et iterum ipse ad Corinthios: *Quoties hunc panem manducatis, & hunc calicem bibitis, mortem Domini annuntiatis, donec veniat.* Et iterum: *Domine, vt video, propheta es tu.* Hæc omnia dominicæ incarnationis sunt documenta, quia neque Deus Verbum erat in monumento projectus. Quomodo enim resurrexit, qui vniversitatem sustentat verbo potentiæ suæ, si jacebat secundum Arium? Sed neque Dei essentiam flebant mulieres, tanquam quæ esset de sepulcro furto subducta. Quis enim suspicetur deitatem furacibus manibus capessibilem esse? Nec iterum Jacobum divinitatis habuit fratrem: nec Dei Verbi mortem nos annuntiamus, cum Domini corpore & sanguine pasci-mur. Dei enim natura sacrificium suscipit, non ipsa sacrificio immolatur; nec Propheta Deus, sed dator prophetiæ, vt sit hoc loco, *Dominus*, sicut dixi, carnis expressio tanquam habentis dominicam dignitatem, quæ tamen temperamento, vel admixtione, minime in substantiam transierit deitatis.

XLII. Domini nomen aliquando significat hominem. Matth. 28. v. 6. Ioan. 20. v. 13. Gal. 1. v. 19. 1. Cor. 11. v. 26. Ioan. 4. v. 19. Iterum alludit ad verba Procli.

Οὐδὲ θεότητος ἀδελφὸν τὸν Ἰάκωβον ἔφην, οὐδὲ τὸν τοῦ λόγου καταγγέλλομεν θάνατον, ὃ διαπολικὸν αἵματί τε καὶ σώματι σιτούμεθα.

Nota adversus sacramentarios nostrorum temporum.

Alibi enim, *Dominus*, demonstrativum est deitatis, sicut est illud: *Unus Deus Pater, ex quo omnia; & vnus Dominus* JESUS CHRISTUS, *per quem omnia.* Ex deitate enim opifex omnium Christus est, non ex humanitate, quæ post creaturam condita invenitur.

XLIII. Aliquando Deum. 1. Cor. 8. v. 6.

Alibi autem, sicut dixi, *Dominus*, vtrarumque rerum significativum est, sicut est: *Domine* JESU, *ne statuas illis hoc peccatum.* Et: *Multi mihi dicent in illa die: Domine, Domine, nonne in nomine tuo dæmonia*

XLIV. Aliquando vtrumque. Act. 7. v. 59. Matth. 7. v. 22.

1.Tim. 4 v.8. *ejecimus?* Et Paulus: *Quam mihi reddet Dominus justus judex in illa die, non solum mihi, sed & omnibus, qui pie diligunt adventum ejus.* Vidisti quemadmodum Christus, & Filius, & Dominus est. Quando de vnigenito meminit Scriptura, modo humanitatis, modo divinitatis, modo autem vtriusque vult existere significativa vocabula.

XLV. Quid ergo confundis, quæ sunt inconfusa? Quid Dei nomen deputas morti, quod a divina scriptura nusquam in mortis commemoratione profertur? Quid Act.17.v.31. Paulo clamante, cum audias: *In viro, in quo definivit Deus . . . . suscitans eum a mortuis;* tu natam & mortuam inani imaginatione judicas deitatem.

XLVI. Bene autem & judicem esse venturum, Paulus hunc virum, qui visibilis fuit, designat, quoniam ad imaginem suam a Deo figuratum, & regno terræ honoratum hominem, escam vermium diabolus præparavit. Venit secundum futurum Christus in hominis forma omnipotentis, vt experimento agnoscat ipse quoque diabolus, qui cum omnibus etiam ipse erat sub dominatione Dei, quia vere homo ad imaginem & similitudinem Dei factus est, & rex terræ, ac dominus constitutus, auctor merito ad cælorum etiam regna est sublimatus.

Locus perplexus explicatur in notis.

XLVII. Sed nostrum sermonem vestra audientia vincit, & me vinci confessus ad taciturnitatem confugio, optans semper hac cupiditate vestræ audientiæ separari.

XLVIII. Dominicæ itaque humanitatis susceptionem colamus: incarnationis sacramentum hymnis incessabilibus extollamus: susceptricem Dei virginem cum Deo ratiocinemur; cum Deo ad divina non elevemus, θεοδόχον dico, non Θεοτόκον, ὁ literam, non ε exprimi volens. Unus est enim, vt ego secundum ipsos dicam, Pater Deus Θεοτόκος, id est, genitor Dei, qui hoc nomen compositum habet. Visibilem igitur cum invisibili conjunctam formam cum Deo ad divina deputemus: ἣ φορεμβάλω τοῦ φορέντι σωματικῶς φύσιν, id est, naturam, quæ indumentum est Dei, cum eo, qui ea vtitur, honoremus, tanquam radium divinitatis, vt ita dicam, incarnatæ: eam formidemus tanquam divinæ auctoritatis inseparabile simulacrum, tanquam occulti imaginem vel statuam judicis. Dividentes naturas, conjungamus honorem; confiteamur duplicem, & adoremus vt vnum: duplum enim naturarum vnum est secundum vnitatem.

Locus pariter corruptus. *Videnotas.*

Et hic etiam corruptus.

XLIX. Si hæreticus tibi ex persona ecclesiastica mortuum Deum tuum exprobraverit, iratus tu ad dictum reclama: Deus est, Hebr.13.v.20. *qui suscitavit de mortuis pastorem ovium magnum;* non ipse mortificatus est, & sublevatus. Si te Judæus hominem colere dixerit, apostolicam responde traditionem: *Deus erat in Christo mundum reconcilians.* Si * gentilis causam susceptæ humanitatis petat, assertionem fit remissio peccatorum. Responde ei, quæ Pauli sunt: *Quoniam per hominem mors, & per hominem resurrectio mortuorum; sicut in Adam omnes moriuntur, ita in Christo omnes vivificabuntur.* Ipsi gloria in sæcula sæculorum.

Epilogus subtili veneno plenus.

1 Cor. 5. v 19.

* Cor. Si gentilis causam susceptæ humanitatis petat, assere esse remissionem peccatorum. 1.Cor.15 v.21.

DELIRANTIUM MACHINAS, &c.] Erat in vtroque manuscripto codice, *infantium rapinas*, manifesto vitio, quod ex Cyrilli loco mox citato emendandum putamus, quanquam nec ipse textus Cyrilli admodum verus est, sive Græcus concilii Ephesini textus, sive Mariana versio consulatur. Sic autem se habet: τὰ δὲ σκώμματα εἰς τὰς παρὰ τῶν αἱρετικῶν κακοδοξίας, οὐκ ὀνείδη σκληρὰ, vel ὀνείδη κέρδη γενομένας ἀνεπτύττετο. Interpres Romanus ita vertit: *At vero proœmium hæreticorum convitia tanquam petulantius facta insectatur.* Mercator; præfatio autem sic se habet: *In contumelias, quæ ab hæreticis durissimæ irrogantur:* nullo, aut non apposito vterque sensu. Legi, nisi fallor, debet: *Contumelias quidem hæreticorum in nec arbitror, tanquam delirantium machinas*, vel *tanquam a deliris factas*, vel *tanquam ab induratis factas*, prout nempe legi potest, vel ὀνείδη σκληρὰ vel ὀνείδη κέρδη. Primam lectionem elegimus, vtpote conformiorem corruptis manuscriptorum codicum vocibus.

Emendatus locus.

INDIGENTIUM NEGLIGENTIAM, &c.] Cyrillus in Encomio virginis dicto Ephesi de Nestorio: *Facultates*, inquit, *pauperum auri cupidis hominibus largitus, speravit earum ope expugnatum iri veritatem, & per nefarii quæstus cupiditatem, in naufragium incidit in iserrimum, &c.* Certe collegisse pecunias Nestorium, tum Constantinopoli, cum potiretur rerum, tum postea, cum in laura sancti Euprepii beneficiis amicorum cumularetur, intelligere possumus ex edicto, quo Theodosius jubet hæreticum deportari, omniaque ipsius bona Ecclesiæ Constantinopolitanæ addici, *vt augustissimi illius loci opes, cujus ille sacra mysteria prodidit, auct ores evadant.*

Nestorius bonorum pauperibus debitorum prædator.

DEITATIS DIGNITATE, &c.] In eum locum intendebat Cyrillus, cum scriberet: *Numquid igitur ipsum, propterea quod factus est caro, ante omnia existendi decus & gloriam a se abdicasse existimabimus? Nullo modo. Illud vero potius sapienter cogitabimus filium, licet in carne factum, non privat. tamen a patre iis, quæ ipsi naturaliter insunt, prærogativis; sed ab eo nihilominus, vt suum agnosci, licet se humano habitu effectandum præbuisset. Non ea namque de causa factus est homo vnigenitus, Dei verbum, vt excideret a divinitate; sed potius in ipsa quoque assumptione carnis, suam nihilominus excellentiam retineret & gloriam.*

Locus illustratus. Hom. paschal. XVII.

AUDI, MISERRIME, &c.] Ad Proclum convertit orationem, tacito nomine, propter populi gratiam, qua plurimum pollebat. Dixerat enim ille: *Ipse enim ex spinis coronam portavit, vt spinarum sententiam dissolveret; ipse in sinu patris, & in ventre Virginis; inter vlnas matris, & super pennas ventorum; sursum ab angelis adorabatur, & deorsum cum telonibus recumbebat; Seraphim non prospiciebant præ reverentia, & Pi-*

Orat. pag. parte 30.

latus interrogabat; servus percutiebat, & creatura terrebatur; in cruce figebatur, & thronus gloriæ nudus non erat; in sepulcro jacebat, & cælum extendebat: sicut pellem; inter mortuos reputabatur, & inferorum spoliabat; deorsum quasi seductor calumniabatur, & sursum a sanctis glorificabatur. O stupendum mysterium!

Locus à Theodoreto excerptus & auctus. *Theodor. in impatibili.*

VENIT HOMO DIVES AB ARIMATHIA, &c.] Theodoretus hunc locum iisdem fere verbis exscripsit, imo & auxit. *Cum autem sero esset factum, venit quidam homo dives, &c. Vide quoties corporis mentionem faciat, vt divinitatem blasphemantium ora obturet. Idem fecit beatissimus Marcus, &c. Mirare igitur consonantiam cernens, & consonanter continenterque repetitum corporis nomen. Celeberrimus quoque Lucas similiter narravit, quod Joseph corpus petierit. Divinissimus autem Joannes alia quoque adjecit:* Rogavit Pilatum Joseph ab Arimathia, &c. *Vide quoties facta corporis mentione, & postquam hoc cruci affixum fuisse, & hoc Joseph a Pilato petiisse, & hoc de ligno deposuisse, & hoc linteis cum myrrha & aloe involvisse dixerat, personæ nomen tunc posuisse,* & JESUM *in monumento positum dixisse. Hæc de causa & Angelus dixit:* Venite, videte, vbi positus erat Dominus; *communi nomine corpus appellans. Sic enim & nos loqui solemus: In hoc loco illi sepultus est; & non dicimus illius corpus, sed ille; omnis autem sanæ mentis scit nos loqui de corpore. Sic autem loqui consuevit sacra scriptura.* Mortuus, *inquit*, est Aaron, & sepelierunt ipsum in Or monte, &c. mortuus est Samuel, & sepelierunt ipsum in Armathem; *& ejusmodi alia innumera. Hunc morem observavit divinus Apostolus, cum mortis dominicæ mentionem faceret.* Tradidi enim nobis, *inquit*, in primis, quod & accepi, quod Christus mortuus est pro peccatis nostris, secundum Scripturas, & quod sepultus est, & quod resurrexit tertia die, secundum Scripturas, *& quæ sequuntur.* Idipsum repetitur libro quinto *hæreticarum fabularum* cap. 15.

Num 33. v. 37. *1. Reg. 25. v. 1.* *1 Cor. 15. v. 3.*

Locus alteri consonus. *Serm. 1. num. 8.*

IN ALTUM LEVAVIT, &c.] Eodem exemplo abusus erat sermone primo. *Vidit Deus naturam collapsam, eamque deitatis potentia apprehendit elisam, & illam tenens, & manens quod erat, in altum sublevavit. Exempli causa quod dicitur, nosce; si jacentem elevare volueris, nonne continges corpus corpore, & te ipsum illi conjungendo elisum eriges, atque ita illi conjunctus ipse manes, quod erat; sic & illud Incarnationis æstima sacramentum.*

Locus Cassiani illustratus.

PALPATUS EST MANIBUS THOMÆ, &c.] Operæ pretium est consulere Cassianum super ea re. Locum enim hunc tractat, vt probet divinitatem Christi, evertitque Nestorii sensum, & alia refert lectu digna, non tamen quæ spectent hunc sermonem, quippe quem non vidit, sed primum potius. Sic autem habet: *Quid proclamavit? Dominus*, inquit, *meus, & Deus meus. Nunquid dixit hoc quod tu dicis? Homo, & non Deus; Christus, & non divinitas. Corpus utique sui Domini tetigit, & Deum esse respondit. Nunquid discretionem aliquam hominis & Dei intulit? Aut carnem illam* [illegible], *vt tu ais, id est, susceptricem deitatis imaginem nominavit? vel more impietatis tuæ, cum quem contigit, non propter se, sed propter eum, quem in se receperat, venerandum esse memoravit? Sed subtilitatem hanc discretionis tuæ Apostolus Dei forte non noverat?*

Lib. 3. de Incarnat. c. 15.

HÆREDEM QUIDEM POSITIVUM, &c.] Inde patet, quo merito Elipandus dicitur ad Nestorianismum declinasse: duos enim perinde ac Nestorius filios admisisse ex eo convincitur, quod vnum fateretur, qui naturalis; alterum, qui adoptivus: hoc enim est hæredem positivum fieri, quod adoptari. Ex eo, inquam, convincitur, siquidem fieri non potest, vt in eamdem personam vtraque simul ejusdem parentis filietas conveniat.

Elipandi hæresis panestacta.

IN PRINCIPIO, INQUIT, ERAT VERBUM, &c.] Ex hoc loco desumptum est, quod septimo loco refertur in concilio Ephesino, quodque nono apud Cyrillum, atque etiam in responsione ad objectionem Orientalium adversus tertium anathematismum. Eadem fere Nestorius habet in epistola secunda ad Cyrillum: *Paulus cum divinæ Incarnationis memoriam faceret, incipiens subjungere, quæ sunt passionis, prius posuit,* CHRISTUS, *communæ, vt paulo ante dixi, nomen naturarum. Tunc decentem infert sermonem, sive rationem vtriusque; etenim ait:* Hoc sentiatur in vobis, quod & in CHRISTO JESU, qui cum in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est esse se æqualem Deo. *Sed ne ad vnumquodque loquar:* Factus obediens vsque ad mortem, mortem autem crucis. *Quoniam igitur cœperat mortis facere mentionem, vt ne quis hinc Verbum Deum passibilem suspicaretur, posuit,* CHRISTUS, *tanquam passibilis & impassibilis essentiæ, in singularitate personæ, significativum vocabulum, vt impassibilis & passibilis* CHRISTUS *sine periculo nominetur, impassibilis quidem deitate, passibilis vero naturæ corporeæ.*

Illustrata excerpta Ephesina.

Nestor. in ep. 1. ad Cyrillum num. 6 & 7.

Philipp. 2. v. 5.

OPORTEBAT ENIM DEBITUM, &c.] Huc respiciebat sanctus Celestinus cum scriberet Nestorio. *Hoc loco, quia opportunitas sermonis exposcit, tacere non possumus, quod stupemus. Legimus quam bene teneas originale peccatum, qualiter ipsam naturam asseris debitricem, & eum debitum merito reddere, qui descendit de genere debitoris. Quid tecum faciunt, qui sunt hæc negando damnati?* Verum non obscure ostendimus in notis ad Nestorii sermones adversus Pelagianos, Nestorium de solo debito moriendi contracto per peccatum Adami locutum fuisse, saltem aperte; non item de morte animæ, quod tamen catholica fides postulat. Et vero inducitur natura humana orans apud Deum, petensque liberari per Christum a miseriis ex Adamo contractis; nec tamen vllius alterius fit mentio, quam quæ ad mortem corporis pertinet. Atque hinc lucem accipit, quod diximus de concilio Constantinopoli coacto, vbi Manichææ consensionis damnati sunt, qui dicerent primum hominem anima mortuum diaboli opera.

Illustratus sancti Celestini locus. *Epistola ad Nestor. 11. p. 4. Eph. c. 18.*

Num. 18.

INTERPELLAT NAMQUE A CHRISTO, &c.] Revocare non licet in dubium, quin hic locus sit excerptus a Cyrillo, relatusque numero vndecimo: nam & antecedentia & consequentia hinc excerpta constat, & vndecimo numero prælegitur: *Et post plura in eodem libro.* Mirum tamen vtriusque loci tantam esse tum sententiæ, tum versionis differentiam; sic enim se habet vndecimum Cyrilli excerptum: *Nostra enim natura pro nobis interpellat in Christi vsu, tanquam vestis constituta, inculpabilis originis sua defensionibus nitens, & quia illud peccatum qui prior figuratus est, totius generis extitit causa huic suscipiendi hominis, o homo, occasio fuit vt per carnem destrueretur corruptio, quæ per carnem contigerat. Hujus carnis est, non divinitatis diei tertia sepultura. Hujus pedes detenti sunt clavis; hanc sanctus Spiritus in vtero figuravit. De hac*

Excerpt. 11. Cyrill.

Dominus

Ioan. 2. v. 19. *Dominus ad Judæos*, Solvite, *dicebat*, templum hoc, & in triduo suscitabo illud. *Nunquid ego duplicem quemdam Christum solus appello, & non semetipse, & templum solubile, & Deum se nuncupat suscitantem? Quod si Deus erat, qui solvebatur, o Ariane, quod sane in ejus caput blasphemiarum convertatur, oportuerat dicere: Solvite Deum istum, & in triduo suscitabitur. Si mortuus est Deus, si sepulturæ mandatus, est inane*
Ioan. 8. v. 37. *illud in Evangelio dictum:* Quid me quæritis occidere hominem, qui verum locutus sum vobis? *Nunc autem ait:* Quid me quæritis occidere hominem, cujus capiti spinea corona superposita
Matth. 27. v. 47. est; hominem, qui dicit: *Deus Deus meus, quare dereliquisti me? & qui triduanam sustinuit mortem. Adoro autem hunc cum deitate, tanquam divinæ cooperarium auctoritatis.*

Ecce Filii Dei, &c.] Alludit ad extrema verba orationis panegyricæ, quam Proclus ita finit: ἰδοὺ ἀπόδειξις ἐναργὴς τῆς ἁγίας, καὶ Θεοτόκου Μαρίας.

Venit secundum futurum, &c.] Perplexus locus, &, nisi fallor, corruptus; emendari tamen vel sic potest: *Venit secundum Scripturam Christus in hominis forma omnipotens, vt experimento agnoscat ipse quoque diabolus, quia cum omnibus etiam ipse erat sub dominatione Dei. Quia vero homo ad imaginem & similitudinem factus est, & rex terræ ac dominus constitutus, ab auctore merito ad calorum etiam regna est sublimatus.*

Dominicæ itaque, &c.] Corruptus & iste locus. Restitui debet partim ex Cassiano, partim ex sermone primo, partim denique ex epistola Cyrilli ad suos Constantinopoli agentes. *Dominicæ itaque humanitatis susceptionem colamus. Incarnationis sacramentum hymnis incessabilibus extollamus. Susceptricem Dei formam vna ac pari cum Deo Verbo ratione veneremur. Virginem Dei susceptricem cum Deo ad divina non elevemus,* Θεοδόχον *dico*, &c.

Ut ita dicam, Incarnationem, &c.] Duplex vna in sententia vitium: nam tota expungenda est, cum nihil faciat ad sensum, imo non parum officiat. Quam belle enim omnia hac expuncta se habent: *Naturam, quæ indumentum est Dei, cum eo qui ea vtitur, honoremus, tanquam radium divinitatis, tanquam divinæ auctoritatis inseparabile simulacrum*, &c. Quod si sententia retinetur, corrigi debet ex iis, quæ dicta sunt in notis ad primum sermonem hunc in modum: *Et ita dominicam Incarnationem formidemus.* Facile enim fuit & in *vt* mutari, & *dominicam* in *dicam* converti.

PRIMA
SANCTI CYRILLI EPISCOPI
AD NESTORIUM EPISTOLA
e Græco sermone versa a Mario Mercatore.

Tres epistolas sanctus Cyrillus Nestorio dedit, quæ quidem extent.

Cyrillus tres omnino dedit ad Nestorium commonitorias epistolas, quarum vna incipit: *Venerabiles viri*; altera: *Garriunt quidam*; postrema: *Cum salvator noster.* Omnes nunc eduntur interprete Mario Mercatore. Dixi porro tres commonitorias: scripsit enim, opinor, gratulatoriam, cum Nestorius ordinatus est, & paschalem suo tempore. Alterum non obscure significant literæ Celestini ad ipsummet Nestorium, imo & apologia Cyrilli ad Theodosium; alterum consuetudo probat. Ista igitur commonitoriarum prima est, nam & ipsius mentio fit in secunda:
Num. 3. *Commonebo te etiam nunc*, &c. & vtriusque in
Num. 2. tertia: *Ecce te his scriptis jam tertio convenimus*, &c.

Singularum argumentum.

Prima querelas continet, & aliud fere nihil, præter exhortationem ad pœnitentiam; habet secunda præterea explicationem fidei, prout ex symbolo Nicæno conficitur; tertia denuntiat pro auctoritate, quid faciendum sit, quæque fides subscribenda, ad communionem Ecclesiæ retinendam: mirum vero cur secunda, licet tertiæ concedat plurimum, & vtraque in concilio Ephesino lecta sit, sola tamen fuerit sententiis Patrum approbata; sola etiam lecta in concilio
Vide differt. de concilii hac in causa habitis. Constantinopolitano sub Flaviano, & in Chalcedonensi relecta.

Datam oportet ann. 429. circa Augustum: nam ad hanc breviter respondit Nestorius per Lamponem presbyterum; & post responsionem acceptam, Cyrillus secundam epistolam scripsit, quæ in quinta synodo reperitur consignata mense Mechir, Indictione XIII. id est, mense Januario sub finem, ann. 430. non potuit vero sine idoneo temporis intervallo, Alexandria Constantinopolim epistola Cyrilli, & vicissim Constantinopoli Alexandriam responsio Nestorii transmitti.

Ex ea vero tria discimus historiæ vtilia. 1. Scriptam esse a Cyrillo epistolam ad monachos, circa æstivum aut etiam vernum tempus ann. 429. nam oportuit eam, vt moveret stomachum Nestorio, ex Ægypto deferri Constantinopolim, ibique a nonnullis Alexandrinis circumferri; oportuit item Constantinopoli Alexandriam referri nuntium de commoto Nestorii animo, quæ hujusce epistolæ occasio: ea vero fieri non possunt sine aliquo temporis spatio, eoque non brevi. Ergo cum epistola hæc Cyrilli prima ad Nestorium data fuerit circa mensem Augusti, necesse est fateri, epistolam ad monachos scriptam esse, vel æstivo tempore, vel etiam verno. Neque vero potuit prius, cum non aliunde occasio scribendæ nata sit, quam ex Nestorii tractatibus, & sermone præsertim de partu virgineo ad monachos delato; nec sermo ille sit habitus Constantinopoli ante nativitatem Christi; vel etiam Alexandriam missus, si

Hæresi 89. credimus auctori Prædestinati, nisi prælegendus in festivitate paschali. Hunc ipsum porro sermonem concitasse turbas inter monachos liquet abunde, ex hac ipsa prima Cyrilli ad Nestorium epistola, in qua Cyrillus a nonnullis scribit, asseri Christum esse tantum instrumentum deitatis, & hominem θεοφόρον, quæ verba leguntur in sermone præfato.

Num. 1.

Num. 5.

11. Tractatus Nestorii jam ante hoc tempus delatos Romam, & offensionem peperisse Celestino, aliisque Episcopis, qui cum eo erant, Celestinumque scripsisse cum Episcopis, id est, vt interpretor, synodicas literas ante hoc tempus Cyrillo de causa Nestorii: *Scribunt enim*, inquit, *nobis vehementer his offensi.* *Ibidem.*

Num. 2.

111. Invidiam factam Nestorio, vel ex eo maxime, quod negasset virginem esse θεοτόκον. Negantis autem verba sunt in tractatu *de virgineo partu*: non quod de voce sola quæstio moveretur, sed quod ea breviter, prout vel assereretur, vel negaretur, ostenderet, quas quisque partes sequeretur, in quæstione post Trinitatem maxima, de vera divinitate Christi. *Num. 5.*

I. Occasio scribendæ epistolæ offensio Nestorii ex Cyrilli ad monachos Ægypti epistola dogmatica.

VENERABILES viri ac fide digni Alexandriam venientes retulerunt nobis, ægre aliquid ferre religionem tuam valde, & ad lædendum me cuncta movere, & modis omnibus niti; meque doloris tui volente causas addiscere, dixerunt, quod epistolam meam ad sanctos monachos circumferant Alexandrini quidam, & odii adversum me excitati, atque fastidii tui hanc fecerint causam.

ΑΝΔΡΕΣ αἰδέσιμοι, καὶ πίστεως ἄξιοι παραγεγόνασιν εἰς Αλεξανδρείαν. Εἶπαν μετέδοσαν ἡμῖν, καὶ τὴν σὴν θεοσέβειαν ἀγανακτοῦσαν σφόδρα, καὶ πάντα κάλων κινοῦσαν εἰς τὸ λυπεῖν ἐμέ. Βουλομένῳ δὲ μοι τῆς σῆς θεοσεβείας τὸν λύπον αἰαμαθεῖν, ἔφασαν, ὅτι τινὰ τοῖς μοναχοῖς ἁγίοις ἐνομένοις ὀρθοδόξοις παρεφέρετο ἅτινα τὴν ἀπὸ τὴν Αλεξανδρείας, καὶ τὴν τῶν μίσους ἀφορμὴν καὶ τῆς ἀηδίας αὐτὴν γέγονε.

II. Turbarum causa in Nestorium rejicitur, ejusque tractatus, & maxime in primum.

Miratus sum igitur, cur non magis tua apud se veneratio reputaverit, quia non primum epistola mea scripta, sed quædam dicta religionis tuæ occasionem perturbationis de fide attulerint: namque non solum chartulas, sed etiam expositiones tuas circumferunt multi, & laboramus corrigentes, quicumque ex his sunt depravati: prope enim fuerunt quidam, vt jam confiteri minime patiantur, quia Deus est Christus, sed potius ὄργανον καὶ ἐργαλεῖον τῆς θεότητος, καὶ ἄνθρωπος θεοφόρος. (quæ Latine instrumentum, vel ferramentum deitatis, & homo indutus seu vtens Deo, vel portans Deum, possumus dicere) Quid autem horum non est vltra modum absurdum?

Τεθαύμακα δίπω, εἰ μὴ ἐκεῖνο μᾶλλον ἡ σὴ θεοσέβεια καθ' ἑαυτὴν ἐλογίσατο· οὐ γὰρ πρότερον ἐμῆς γραφείσης ὑπογραφῆς, ὁ ὅπερ τῇ πίστει γέγονε θόρυβος· ἀλλ' ἢ εἰρημένων τινὰ παρὰ τῆς σῆς θεοσεβείας, ἢ καὶ μὴ· πλεῖστα γραφόντων, ἤγουν ἐξηγήσεων παραφερομένων, καμνομεν ἡμεῖς, ἐπανορθοῦν θέλοντες τοὺς διεστραμμένους. ἐγγὺς γὰρ γεγόνασί τινες, ὥστε μὴ ἀνέχεσθαι λοιπὸν ὁμολογεῖν, ὅτι Θεός ἐστιν ὁ Χριστός· ὄργανον δὲ μᾶλλον καὶ ἐργαλεῖον θεότητος, καὶ ἄνθρωπος θεοφόρος. καὶ τί γὰρ οὐχὶ τὰ τοιούτων ἐπέκεινα;

III. Fidei studio impulsus ad scribendum Cyrillus.

Nostrum ergo erat irasci super his, quæ dixit, sive non dixit religio tua: (chartulis enim, quæ circumferuntur, valde non credo) quomodo igitur, quæso, nobis tacendum est, cum recta vulneretur fides, & tot tantique quotidie depraventur? An non stabimus ante tribunal Christi, aut rationem non reddemus, tanquam præpositi ad loquendum, de silentio non opportuno?

Ην οὖν ἄρα τὸ χαλεπαίνειν ἡμῖν ἐφ' οἷς εἴρηκεν, ἢ οὐκ εἴρηκεν ἡ σὴ θεοσέβεια. τοῖς γὰρ παρεφερομένοις χαρτίοις οὐ σφόδρα πιστεύω. πῶς οὖν ἔνι σιωπᾶσαι πίστεως ἀδικουμένης, καὶ τοσούτων διεστραμμένων; ἢ οὐ παρεστησόμεθα τῷ βήματι τοῦ Χριστοῦ; οὐκ ἀπολογησόμεθα ὡς τοῦ ἀκαίρου σιωπῆς ἕνεκα, καίτοι γε τεταγμένοι περὶ αὐτοῦ πρὸς τὸ λέγειν ἀεὶ δεῖ;

IV. Et Celestini papæ literis.

Quid postremo faciam? tempus enim loquendi est, vel conferendi cum veneratione tua, interrogante de chartulis quibusdam, quæ nescio quo modo Romam perlatæ sunt, reverendo ac religiosissimo Romanorum Episcopo Celestino, cum omnibus, qui cum eo sunt, Episcopis venerandis, quia vtrum sint religionis tuæ, an non, habetur incertum: scribunt enim nobis inde vehementer offensi.

Τί δὴ ποιήσω νῦν; δεῖ γὰρ με βουλεύσασθαι μετὰ τῆς σῆς θεοσεβείας, μιμνύοντος τοῦ εὐλαβεστάτου καὶ θεοφιλεστάτου τῆς Ρώμης ἐπισκόπου Κελεστίνου, καὶ τῶν σὺν αὐτῷ θεοφιλεστάτων ἐπισκόπων, περὶ τῶν ἀπενεχθέντων, οὐκ οἶδ' ὅπως, οὐδὲ χαρτίων, πότερον ποτε τῆς σῆς θεοσεβείας, ἢ μή. γράφουσι γὰρ ὡς πάνυ σκανδαλισθέντες.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Πῶς ὁ τοὺς ἀπὸ τῆς ἀναπολῆς ἐκ πασῶν τῶν ἐκκλησιῶν ἐρχομένους θεραπεύσειεν, καὶ τὴν χρῆσιν καταζητοῦντας; ἢ τάχα που νομίζει ἡ σὴ θεοσέβεια, ὅτι μικρὸς τῶν ἐκκλησιαστικῶν ἀνεφυν θορυβος ἐκ τῶν τοιούτων ὁμιλιῶν; πάντες ἐσμὲν ἐν ἀγῶσι καὶ πόνοις, τοὺς ἕτερα φρονοῦν, οὐκ οἶδ' ὅπως, ἀναπεπεισμένους μεθιστάντες εἰς τὸ ἀληθές.

Ὅτε τοίνυν τὸν ἀναθεμα ἅπασι τοῦ ζητοῦντος ὑπενεγκεῖσα ἡ σὴ θεοσέβεια ἔστι, πῶς αἰτιᾶται δικαίως; τί δέ μου καὶ μάτην καταβοᾷ; τί οὐχὶ μᾶλλον ἐπανορθοῖ τὸν ἑαυτῆς λόγον, ἵνα παύσῃ σκάνδαλον οἰκουμενικόν;

Εἰ γὰρ καὶ πρεσβύτερος λόγος, ὡς ὅτι λαοῦ τέκοι, ἀλλ' ἐπανορθούσθω τῶν ὑπεσχέθησι, καὶ λέξιν χρείσασθαι τοῖς σκανδαλιζομένοις καταξιώσω, θεοτόκον ὀνομάζων τὸν ἀγίαν παρθένον, ἵνα θεραπεύσαντες τοὺς λυπημένους, καὶ ὀρθὴν πᾶσι δόξαν ἔχοντες, ἐν εἰρήνῃ καὶ ὁμοψυχίᾳ τὴν λαὸν τῆς συνάξεως ὑπιτελέσωμεν.

Οπ ὁ ὑπὲρ τῆς εἰς Χριστὸν πίστεως πάντα ἕτοιμοι παθεῖν ἐσμεν, καὶ δεσμωτηρίων εἰς πεῖραν ἐλθεῖν, καὶ αὐτοῦ τοῦ θανάτου, μὴ ἀμφιβαλλέτω ἡ σὴ θεοσέβεια.

Επ' ἀληθείας δὲ λέγω, ὅτι καὶ παρόντος ἔτι τοῦ τῆς μακαρίας μνήμης Ἀττικοῦ, συντέθεται μοι βιβλίον περὶ τῆς ἁγίας καὶ ὁμουσίου τριάδος, ἐν ᾧ καὶ λόγος περὶ τῆς ἐνανθρωπήσεως τοῦ μονογενοῦς, οἷς νυνὶ γέγραφα συνῳδός. καὶ ἐπανεγνωσμένον αὐτὸ καὶ ὑπισχνοῖς καὶ κληρικοῖς, καὶ τοῖς φιλαχροάμασι τῶν λαῶν· οὐκ δέδωκα δὲ τινὶ πω. Εἰκὸς οὖν ἐκδοθέντος τοῦ λόγου, πάλιν ἐκκαλεῖσθαί με, ὅτι καὶ περὶ τῆς χριστοτόκου τῆς σῆς θεοσεβείας συντέθεται τὸ λογίδιον.

V. Atque etiam Ecclesiarum orientalium querelis.

Quo pacto etiam de Oriente ex omnibus Ecclesiis venientibus satisfaciemus, eosque curabimus, qui contra easdem chartulas murmurant? An arbitraris parvam Ecclesiis esse ortam de hujusmodi tractatibus perturbationem? Omnes sumus in solicitudine, & in procinctu laboris constituti ad hos corrigendos, vt ad rectum tramitem revocentur, quibus nescio quomodo persuasum sit aliter sapere.

VI. Hortatur Nestorium ad tollendam totius orbis offensionem.

Cum igitur harum susurrationum necessitatem & causam tua religio attulerit, quomodo nos existimas jure arguendos? vel quo jure adversum me vociferaris in vanum, & non potius sermonem tuum corrigis, vt totius orbis de te offensio conquiescat?

VII. Et publicam confessionem Θεοτόκου.

Si in plebe lapsus est sermo, in retractatibus corrigatur. Dignare vnam locutionem donare offensis auribus, Dei puerperam, id est, Θεοτόκον pronuntians virginem sanctam, vt curatis iis, qui tristitia obnubilati sunt, rectam apud omnes de religione gloriam tenentes, in pace & vnanimitate, cœtus plebium celebremus.

VIII. Testatur se prius omnia toleraturum, quam fidei causam deserat.

Quod vero pro fide, quæ in Christo est, omnia sumus parati tolerare, & vincula, & carceres experiri, & ipsam mortem libenter subire, non ambigat religio tua.

IX. Epilogus de libro à se scripto de quæstionibus etiam ante ordinationem Nestorii.

In veritate autem dico, quod, adhuc beato Attico constituto in rebus humanis, de sancta & consubstantiali Trinitate liber est elaboratus, in quo etiam de Incarnatione dominica tractatus vberior continetur, & his quæ nunc scripsi, consonus invenitur. Relegi hunc Episcopis, & clero, necnon & studiosis auditoribus plebis; edidi vero nulli: forsitan si edidero eum, esse me iterum arbitror accusandum, cum tamen librum composuerim, etiam ante ordinationem venerationis tuæ. Saluta fraternitatem, quæ apud te est; te in Domino, qui nobiscum sunt, salutant.

SED POTIUS ὄχημον καὶ ἐργαλεῖον τῆς θεότητος, καὶ ἀνθρωπον θεοφόρον.] Respicit in primum sermonem Nestorii, cujus sunt hæc verba: *Non peperit creatura creatorem, sed peperit instrumentum divinitatis, & hominem* θεοφόρον.

IN QUO ETIAM DE INCARNATIONE DOMINICA TRACTATUS UBERIOR CONTINETUR.] Parte prima tomi quarti operum sancti Cyrilli editionis Parisiensis Græco-Latinæ continentur dialogi novem, in quibus inducuntur colloquentes personæ duæ, Cyrillus & Hermias; octavus inscribitur *de Incarnatione vnigeniti, & quod Christus sit vnus ac Dominus, secundum Scripturas*; nonus, *quod vnus sit Christus per oppositionem*: sextus tamen plurima complectitur in idem argumentum. Incertum vero, quo de tractatu sermo fiat in præsenti; opiner ego magis fieri de sexto dialogo: nam totum opus *de consubstantiali Trinitate* videtur absolutum septem dialogis, nec plures a veteribus recensentur, & quæ in sexto *de Incarnatione*, apprime consonant cum scriptis ad monachos. Quidquod octavus & nonus dialogi non carent omni suspicione suppositionis, vt ostendemus alias. *In differt. de libris Cyrilli.*

ME ITERUM ARBITROR ACCUSANDUM.] Non ea de causa conquestus est Nestorius, cum liber editus tunc temporis non legatur: questus vero est de hacce epistola, quasi immodeste scripta, cuique nihil idcirco respondendum putaret, vaticinatus, quod evenit, majores inde turbas orituras; sed fecit

presbyteri Lamponis instantia, vt animi sententiam mutaret. Fuit autem presbyter ille Alexandrinus, vir industrius in gerendis rebus, quod constat ex epistola post plures annos ad eum Constantinopoli commorantem a Cyrillo data; missus vero fuerat a suo præsule ad deportandas literas, & agendum cum Nestorio de motibus exortis: quod ipse Nestorius innuit in suis literis, quas quia breves sunt, & negotii totius seriem non mediocriter manifestant, subjungendas duxi.

RELIGIOSISSIMO & sanctissimo comministro Cyrillo, Nestorius in Domino sal.

NIHIL sane christiana modestia potentius est, nihil firmius. Ea vt in præsentia per Lamponem presbyterum religiosissimum scriberemus, nos commovit. Cum enim ille de tua pietate multa referret, multaque vicissim audiret, postremo vrgendi finem nullum fecit, donec hasce a nobis impetravit. Quapropter hominis importunitati manus dedimus: nam, vt quod res est, ingenue fatear, non mediocrem cujuscumque christiani viri modestia (vtpote in cujus pectore Deus inhabitet) timorem mihi afferre assolet.

Proinde quod ad nos ipsos nostraque attinet, etsi non pauca a pietate tua designata sint, fraternæ caritati parum congruentia; (oportet enim modeste loqui) ita nihilominus affecti sumus, vt solidam animi lenitatem conservare, necnon in pristino benevole amiceque per literas salutandi officio permanere decreverimus. Quantum vero Lamponis religiosissimi presbyteri vehemens impulsus ille fructum nobis allaturus sit, experientia ipsa demonstrabit. Universam, quæ tecum est, fraternitatem ego, quique mecum sunt, salutatam cupimus.

ΤΩι ΘΕΟΦΙΛΕΣΤΑΤΩι, & ἁγιωτάτῳ μου συλλειτουργῷ Κυείλλῳ, Νεστόριος ἐν κυείῳ χαίρειν.

ΟΥΔΕΝ ὀπιδχείας χριστιανικῆς βιαιότερον. ἐπὶ ταύτης οὖν νῦν περὶ τοῦ βιλαβεστάτου πρεσβυτέρου Λάμπωνος, πρὸς ὃ πρὸν βεβιάσμεθα γράμμα, πολλὰ μὲν εἰπόντος ἡμῖν περὶ τῆς σῆς βιλαβείας, πολλὰ δὲ καὶ ἀκούσαντος, τὸ τελευταῖον οὐκ ἐάσαντος ἡμῖν, ἕως ὃ πρὸ ἡμῶν εἰσεπράξατο γράμμα, καὶ τῇ τοῦ ἀνδρὸς νενικήμεθα βίᾳ. Φόβον γὰρ ὁμολογῶ κεκτῆσθαι πολλὰ, περὶ πάσαν πανταχοῦ ἀνδρὸς χριστιανικὴν ὑπείκειαν, ὡς ἐγκαθήμενον αὐτῇ τὸν Θεὸν κεκτημένῳ.

Τὰ μὲν οὖν πρὸ ἡμῶν, καίτοι πολλὰν περὶ τῆς θεοσεβείας καὶ τῆς ἀδελφικὴν ἀγάπην, (δεῖ γὰρ εἰπεῖν ἀφειδέστερον) γεγενότων, ἐν μακροθυμίᾳ τε καὶ ἀγάπῃ γραμμάτων περιγραπτῆ. δείξει δὲ ἡ πεῖρα ποταπὸς ἡμῖν ὁ τοῦ περὶ τοῦ βιλαβεστάτου πρεσβυτέρου Λάμπωνος βίας καρπός. πάσαν δὲ συνοῦσι ἀδελφότητα ἐγώ τε, καὶ οἱ σὺν ἐμοὶ προσαγορεύομεν.

EPISTOLA SECUNDA
SANCTI CYRILLI EPISCOPI
AD NESTORIUM,
EX GRÆCO IN LATINUM,

cui impiissime contradicens idem Nestorius respondendum esse putavit.

Act. 1. IN concilio Calchedonensi epistola hæc data dicitur mense Mechir, indictione XIII. extenditur autem mensis Mechir Ægyptius a die 26. Januarii ad 25. Februarii. Indictio vero XIII. incidit in ann. 430. data vero videtur ipso die primo Mechir, atque ex synodo, juxta canonem Nicænum, præcedente Quadragesimam. Id vero constat, primo quia solebant veteres primum diem mensis non alia consignare nota, quam mensis ipsiusmet nomine; deinde anno illo jejunii initium factum est die 19 Mechir, qui 14. Februarii. Denique ordinaria synodus ante Quadragesimam, eo tempore habebatur, quo inde possent opportune Patres ad suam quisque Ecclesiam redire ante inchoata jejunia. Quod autem ex synodo scripserit Cyrillus, aperte in notis ad tertiam epistolam demonstrabitur.

Hæc porro secunda epistola fere tota contradicit sermonibus Nestorii adversus Proclum, & quarto præsertim, cujus initium: *Contumelias quidem*, &c. vt merito appellari possit Procli defensio; quanquam habet etiam nonnulla pugnantia primo sermoni, qui *de virgineo partu*, aliisque duobus homiliam Procli præcedentibus.

ΚΑΤΑΦΛΥΑΡΟΥΣΙ μὲν, ὡς ἀκούω, ἡμῖν τὴν ἐμῆς ὑποληψεως ὅτι τῆς σῆς θεοσεβείας· καὶ τοῦτο συμβαίνει, τοῖς τὴν εἰς τέλος σεμνόδοξις καρτερεῖν κωλύοντες μάλιστα· καὶ πάλαι που καὶ τέρπειν οἰόμενοι τὴν σὴν ἀκοὴν, ἐξ ἀδυλήτοις πέμπουσι φωνὰς, ἠδικημένοι μὲν οὐδὲν, βλεπόμενοι δὲ, καὶ τοῦτο χρήσιμον· ὁ μὲν, ὅτι τυφλοὶ ἠδίκει καὶ πένητας· ὁ δὲ, ὡς μητρὶ ξίφος ἐπιμαστίνας· ὁ δὲ θεραπαίνῃ συγκεκλοφὼς χρυσίον ἄλλοτριον, καὶ τοιαύτην ἐχθρὸς ἀεὶ τῇ ὑποληψει, ἵν' οὐκ ἂν οὐδὲ εὔξαιτό τις συμβῆναι ἡμῖν καὶ τὴν λίαν ἐχθρὸν.

I. Queritur Cyrillus de calumnia sibi a facinorosis apud Nestorium facta.

Γλίσχρον οὐ πολὺ τὴν τοιούτων ὁ λόγος ἐμοὶ, ἵνα μή τε ὑπὲρ τὴν διαστολὴν τὴν διδάσκαλον, μή τε μόνον ὑπὲρ τοὺς πατέρας τὸν τῆς σωφροσύνης μοι βραχύτητος ἐκτείνομι μέτρον. οὐ γὰρ εὐδέχεται τοῖς τῶν φαύλων ἀφαδρᾶσι σκαιότητας, ὡς αὐ ἔλοιτο τις ἀφαιρεῖσθαι. ἀλλ' ἐκεῖνοι μὲν ἀρὰς καὶ πικρίας μεστὸν ἔχοντες τὸν τόμον, τῷ πάντων ἀποδοθήσεται κριτῇ.

II. Eamque Deo vindicandam relinquit.

Τετράψομαι δὴ πάλιν ἐγὼ πρὸς ὅ ὅτι μάλιστα πρέπον ἐμαυτῷ, καὶ ὑπομνήσω καὶ νῦν, ὡς ἀδελφὸν σε κυρίω, τὴν διδασκαλίας τὸν λόγον, καὶ ὅ ὅτι τῇ πίστει φρόνημα μετὰ πάσης ἀσφαλείας ποιεῖσθαι πρὸς τοὺς λαοὺς. σκόπει τε, ὅτι ὃ σκανδαλίσαι καὶ μόνον ἕνα τῶν μικρῶν τῶν πιστευόντων εἰς Χριστὸν,

Ps. 13. v. 3.

III. Iterum monet Nestorium de revocandis erroribus.

Marc. 9. v. 41.

GARRIUNT, sicut audio, quidam de existimatione mea apud religionem tuam, & hoc frequenter, conventuum opportuna tempora aucupantes, forsitan arbitrantes delectare se aures tuas, adversum nos inconditas voces emittunt; qui læsi quidem in nullo sunt, objurgati autem a nobis, & hoc leniter: vnus quod cæcos, & pauperes vexabat injuria; alter quod contra matrem evaginaverat gladium; tertius quia cum ancilla aurum furatus sit alienum, & quia talem semper habuerit existimationem, qualem nullus provenire, vel gravissimis inimicis, optaverit.

Verum non mihi de talibus sermo est, vt neque supra dominum & magistrum, neque supra patres, pusillitatis, quæ mihi inest, modus excrescat: non enim facile est cuiquam, licet vitam suam habeat circumspectam, nequam hominum maledicta vitare, sed illi *maledictione & amaritudine plenum os habentes*, reddent quandoque omnium judici rationem.

Convertar autem nunc ego ad id, quod me maxime decet; & commonebo te, etiam nunc, tanquam fratrem in Christo, de doctrinæ ratione, & sensu fidei cum omni cautela plebibus prædicando: exhortabor quoque cogitare debere, quia *si offendatur vnus de pusillis illis, qui credunt in Christum*, quam sit

intolerabilis indignatio Dei. Si vero sit multitudo læsorum, quomodo, quæso, non omni arte studendum est, vt prudenter auferatur offensio, & sanæ fidei ratio insinuetur exposcentibus veritatem?

ἀφόρητον ἔχῃ τὴν ἀγανάκτησιν. Εἰ δὲ πλῆθος εἴη τοσαύτη τῶν λελυπημένων, πῶς οὐχ ἁπάσης βυτεχνίας ἐν χρείᾳ καθεστήκαμεν, τοῦ τε δεῖν ἐμφρόνως τὸ σκάνδαλον, καὶ τὴν ὑγιᾶ τῆς πίστεως κατθυρῶσαι λόγον τοῖς ζητοῦσι δηλῆς;

IV. Et de pura doctrina ex Patribus haurienda 2. Cor. 13. v. 5.

Est autem hoc recte faciendum, si sanctorum Patrum libros legentes, magni eos momenti esse fateamur; & *probantes nosmetipsos, si sumus in fide*, secundum quod scriptum est, illorum dictis, & irreprehensibilibus definitis nostros sensus plene atque optime roboremus.

Εστι δὲ τοῦτο καὶ μάλα ὀρθῶς, εἰ τοῖς τῶν ἁγίων πατέρων τυγχανόντες λόγοις, τοῦ πολλοῦ τε ἀξοῦς ποιεῖσθαι σπουδάζομεν, καὶ δοκιμάζοντες ἑαυτοὺς, εἰ ἐσμὲν ἐν τῇ πίστει, κατὰ τὸ γεγραμμένον, ταῖς ἐκείνων ὀρθαῖς καὶ ἀνεπιλήπτοις δόξαις τὰς ἐν ἡμῖν ἐννοίας εὖ μάλα συμπλάττομεν.

V. Atque ex concilio Nicæno, quod perperam intelligebat Nestorius.

Sanctum ergo illud & magnum Patrum concilium, ipsum de Deo Patre genitum secundum naturam, vnicum Filium, Deum de Deo vero, lumen de lumine, per quem omnia creavit Pater, descendisse, incarnatum esse, atque hominem factum resurrexisse tertia die, & in cælum ascendisse, definivit.

Εφη πίνων ἡ ἁγία καὶ μεγάλη σύνοδος, αὐτὸν τὸν ἐκ Θεοῦ πατρὸς κατὰ φύσιν γνησιωτάτα ἐξ μονογενῆ, τὸν ἐκ Θεοῦ δηλονοτι Θεὸν δηλονοτι, τὸ φῶς τὸ ἐκ τοῦ φωτὸς, τὸν δι' οὗ τὰ πάντα πεποίηκεν ὁ πατὴρ, κατελθεῖν, σαρκωθῆναί τε καὶ ἐνανθρωπῆσαι, παθεῖν, ἀναστῆναι τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ, καὶ ἀνελθεῖν εἰς οὐρανούς.

VI. Quid sit Verbum Dei esse incarnatum.

Hæc etiam nos scita hac ratione sequentes, quid significet, *incarnatum esse illud Dei Verbum de Deo*, videamus. Neque vero dicimus, quia Dei natura transformata facta sit caro; neque quia in totum hominem, qui est ex anima & corpore, commutata sit: sed illud potius sentimus, quod carnem animatam, anima videlicet rationali, vniens sibimet substantialiter, vel essentialiter Deus Verbum, inenarrabiliter atque inscrutabiliter factus homo, appellatus est Filius hominis, non tantum secundum voluntatem, aut bonum placitum, nec sicut in personæ tantummodo susceptione, sed quia diversæ ad veram vnitatem convenere naturæ, vnusque extitit ex vtraque Christus & Filius: non quod naturarum per vnitatem diversitas consumpta sit, sed iisdem naturis deitate atque humanitate per ineffabilem & secretum ad vnitatem concursum, perficientibus vnum, & Dominum, & Christum, & Filium.

Τούτοις δὲ καὶ ἡμᾶς ἕπεσθαι δεῖ καὶ τοῖς λόγοις καὶ τοῖς δόγμασιν, ἐννοοῦντας, τί δὴ σαρκωθῆναι, καὶ ἐνανθρωπῆσαι δηλοῖ τὸν ἐκ Θεοῦ λόγον. οὐ γὰρ φαμὲν, ὅτι ἡ τοῦ λόγου φύσις μεταποιηθεῖσα γέγονε σὰρξ· ἀλλ' οὐδὲ ὅτι εἰς ὅλον αὐτὸν ἄνθρωπον μετεβλήθη, τὸν ἐκ ψυχῆς καὶ σώματος· ἐκεῖνο δὲ μᾶλλον, ὅτι σάρκα ἐμψυχωμένην ψυχῇ λογικῇ ἑνώσας ὁ λόγος ἑαυτῷ καθ' ὑπόστασιν, ἀφράστως τε καὶ ἀπερινοήτως γέγονεν ἄνθρωπος, καὶ κεχρημάτικεν υἱὸς ἀνθρώπου, οὐ κατὰ θέλησιν μόνην, ἢ εὐδοκίαν· ἀλλ' οὐδὲ ὡς ἐν προσλήψει προσώπου μόνου· καὶ * ὅτι διαφορᾶς μὲν αἱ πρὸς ἑνότητα τὴν * f. ἀλλ' ὅτι
δηλονοτι συναχθεῖσαι φύσεις· εἷς δὲ ἀμφοτέρων Χριστὸς καὶ υἱός. Οὐχ ὡς τῶν φύσεων διαφορᾶς ἀνῃρημένης διὰ τὴν ἕνωσιν· ἀποτελεσασῶν δὲ μᾶλλον ἡμῖν τὸν ἕνα κύριον Ἰησοῦν Χριστὸν καὶ υἱόν, θεότητός τε καὶ ἀνθρωπότητος, διὰ τὴν ἀφράστου καὶ ἀπορρήτου πρὸς ἑνότητα συνδρομῆς.

VII. De duobus Christi nativitatibus, æterna ex Patre, temporali ex matre.

Et sic quamvis ante sæcula habeat existentiam, quia est natus ex Deo Patre; dicitur tamen natus etiam ex muliere secundum carnem: non quod ejus divina natura, in qua consubstantivus, vel coessentialis, id est, ὁμοούσιος est Patri, in sancta Virgine initium, vt esset, acceperit; neque quod ex necessitate propter seipsum secunda eguerit nativitate, post primam ex Patre: est enim impium, imperitumque id sentire, ante sæcula existentem & consempiternum Patri, vt esset, secundo dicere initio

Οὕτω τε λέγεται, καίτοι πρὸ αἰώνων ἔχων τὸ ὑπάρχειν, καὶ γνησίως ἐκ πατρὸς, γεννηθῆναι καὶ κατὰ σάρκα ἐκ γυναικὸς, οὐχ ὡς τῆς θείας αὐτοῦ φύσεως, ἀρχὴν τοῦ εἶναι λαβούσης ἐν τῇ ἁγίᾳ παρθένῳ· οὔτε μὴν δεηθείσης δυάκις δι' ἑαυτὴν δευτέρας γεννήσεως, μετὰ τὴν ἐκ πατρὸς· ἔστι γὰρ εἰκαῖόν τε ὁμοῦ καὶ ἀμαθὲς τὸ ὑπαρχοντα πρὸ παντὸς αἰῶνος, καὶ συναΐδιον τῷ πατρὶ, δεύτερον λέγειν ἀρχῆς

τῆς εἰς ὃ εἶ δευτέρας. ὅπερ καὶ δι' ἡμᾶς, καὶ δι' ἡμετέραν σωτηρίαν, ἑνώσας ἑαυτὸν καθ' ὑπόστασιν ὁ ἀνθρώπινον, προῆλθεν ἐκ γυναικός, αὐτῇ τοι λέγεται γεγενῆσθαι σαρκικῶς.

eguisse; sed quod propter nos, & propter nostram salutem, substantialiter, vel essentialiter, vnito sibi homine, ex muliere processerit, hoc modo dicitur natus esse etiam carnaliter.

Οὐ γὰρ πρότερον ἀνθρωπος ἐγεννήθη κοινὸς ἐκ τῆς ἁγίας παρθένου. εἶτα ὅτε καταπεφοίτηκεν ἐπ' αὐτὸν ὁ λόγος· ἀλλ' ἐξ αὐτῆς μήτρας ἑνωθεὶς, ὑπομεῖναι λέγεται γεννῆσαι σαρκικῶς, ὡς τῆς ἰδίας σαρκὸς τὴν γέννησιν οἰκειούμενος.

Non enim de sancta Virgine homo primum est natus, aut etiam in illa conceptus, atque in eum ita natum supervenit Verbum Patris; sed ex ipso atque in ipso vtero vnitum sustinuisse creditur & dicitur nativitatem carnalem, propriam ejusdem carnis nativitatem sibimet deputans. VII. Locus non sine observatione legendus.

Οὕτω φαμὲν αὐτὸν καὶ παθεῖν, καὶ ἀναστῆναι· οὐχ ὡς τοῦ Θεοῦ λόγου παθόντος εἰς ἰδίαν φύσιν, ἢ πληγὰς, ἢ βασανισμοὺς ἔλαβε, ἢ γοῦν τὰ ἕτερα τῶν τραυμάτων· ἀπαθὲς γὰρ ὁ θεῖον, ὅτι καὶ ἀσώματον. ὅπερ καὶ ὁ γεγενὸς αὐτῷ ἴδιον σῶμα πεπονθὲ τοῦτο, πάλιν αὐτὸς λέγει παθεῖν ὑπὲρ ἡμῶν. ἐμὸν γὰρ ὁ ἀπαθὴς ἐν τῷ πάσχοντι σώματι.

Sic ipsum dicimus, & passum esse, & resurrexisse, non quod Verbum Dei in sua natura sit passum, aut plagas aut clavorum vim senserit, aut cætera vulnerum tormenta pertulerit; (impassibilis est quippe divinitas, siquidem etiam incorporea) sed quoniam, quod ei proprium factum est, corpus est passum, hæc ipse pro nobis dicitur passus: erat enim ille, qui impassibilis est, in eo corpore, quod patiebatur. VIII. Quomodo Deus dicitur esse passus.

Κατὰ τὸ ἴσον καὶ θνῆσκον, καὶ ὅτι τὸ τεθνάναι νοοῦμεν. ἀθάνατος γὰρ κατὰ φύσιν, καὶ ἄφθαρτος, καὶ ζωὴ, καὶ ζωοποιός ἐστιν ὁ τοῦ Θεοῦ λόγος. ὅπερ καὶ πάλιν τὸ ἴδιον αὐτοῦ σῶμα χάριτι Θεοῦ, καθὼς φησιν ὁ Παῦλος, ὑπὲρ παντὸς ἐγεύσατο θανάτου, λέγει παθεῖν αὐτὸς τὸ ὑπὲρ ἡμῶν θάνατον· Οὐχ ὡς εἰς πεῖραν ἐλθὼν τοῦ θανάτου, τὸ γε ἥκον εἰς τὴν αὐτοῦ φύσιν, ἀποπληξία γὰρ τοῦτο λέγειν, ἢ φρενῶν· ἀλλ' ὅτι, καθάπερ ἔφην ἀρτίως, ἡ σὰρξ αὐτοῦ ἐγεύσατο θανάτου.

Hoc modo & mortuum intelligimus, quamvis immortalis sit secundum naturam, & incorruptibilis, & vita, & vivificator, Deus Verbum; sed quoniam iterum proprium ejus corpus, *gratia Dei*, sicut dixit apostolus Paulus, *pro omnibus gustavit mortem:* non quod ad ejus hæc pertinerent naturam, (namque hoc sentire vel dicere, summæ dementiæ est) sed quia, sicut paulo ante dixi, caro ejus gustavit mortem. IX. Quomodo item mortuus. *Heb. 2. v. 9.*

Οὕτω δὲ ἐγηγερμένης αὐτοῦ τῆς σαρκὸς, πάλιν ἡ ἀνάστασις αὐτοῦ λέγεται. οὐχ ὡς πεσόντος εἰς φθορὰν· μὴ γένοιτο, ἀλλ' ὅτι ὁ αὐτὸς πάλιν ἐγήγερται σῶμα.

Sic etiam resurgente carne, iterum ejus resurrectio dicitur, non quod inciderit in corruptionem, absit, sed quia quod resurrexit, corpus ejus est. X. Quomodo etiam resurrexisse.

Οὕτω Χριστὸν ἕνα καὶ κύριον ὁμολογήσομεν, οὐχ ὡς ἄνθρωπον συμπροσκυνοῦντες τῷ λόγῳ, ἵνα μὴ τῆς φαντασίας παρεισκρίνηται, διὰ τὸ λέγειν τὸ, σὺν· ἀλλ' ὡς ἕνα καὶ τὸν αὐτὸν προσκυνοῦντες, ὅτι μὴ ἀλλότριον τοῦ λόγου τὸ σῶμα αὐτοῦ· οὗ καὶ σὺν αὐτῷ συνεδρεύει τῷ πατρί. οὐχ ὡς δύο πάλιν συνεδρευόντων υἱῶν, ἀλλ' ὡς ἑνὸς κατ' ἕνωσιν μετὰ τῆς ἰδίας σαρκός. εἰ γὰρ καθ' ὑπόστασιν ἕνωσιν, ἢ ὡς ἀμέρικτον, ἢ ὡς ἀκατάλληλον παραιτούμεθα, ἐμπιπτοῦμεν εἰς τὸ δύο λέγειν υἱούς. ἀνάγκη γὰρ πᾶσα διαιρεῖσθαι, καὶ εἰπεῖν· Τὸν μὲν ἄνθρωπον ἰδικῶς, τῇ τοῦ υἱοῦ κλήσει τετιμημένον· ἰδικῶς πάλιν, τὸν ἐκ Θεοῦ λόγου, υἱότητος ὄνομά τε καὶ χρῆμα ἔχοντα φυσικῶς.

Sic vnum Christum & Dominum confitemur, non tanquam coadorantes hominem Verbo Dei, ne vnius syllabæ occasione, id est, CUM, fictio intellectus vel cogitatio nobis obrepat; sed tanquam vnum & eundem in vtroque adoremus, quia non est alienum corpus a Verbo, cum quo sedet ad dexteram Patris. Non iterum tanquam duobus considentibus filiis, sed tanquam vno secundum vnitatem cum carne. Si enim illam substantialem vnitatem tanquam vel impossibilem, vel indecentem, declinemus, incipimus duos filios confiteri: omnino enim necesse est separare, & dicere hominem quidem speciali vocabulo filii honoratum; illud vero Dei Verbum proprie filii nomen reipsa naturaliter possidere. XI. Quomodo adoranda humanitas.

Οὐ διαιρετέον τοιγαροῦν εἰς υἱοὺς δύο,

Non igitur in duos filios dividendus est XII.

Nec Christus in duos filios dividendus.

vnus & idem Dominus noster JESUS CHRISTUS: nullo enim modo rectam fidei rationem, sic se habere & sic sentire, adjuvat; etiamsi quispiam personarum diffamandam putaverit vnitatem, quia non dixit Scriptura, quod Dei Verbum hominis sibi personam vnivit, sed quia factum est caro: factum autem esse Verbum carnem, nihil est aliud, nisi quia nobis similis & comparatus, carnis quoque & sanguinis particeps, factus est noster, suumque fecit corpus nostrum, & processit homo.

XIII. Quomodo a Patribus dicta est Virgo sancta Θεοτόκος.

Super hoc legatione quasi fungitur vbique sanæ ac liquidissimæ fidei ratio; sic invenimus sanctos sapuisse Patres; sic fidenter Dei puerperam, id est, Θεοτόκον promuntiaverunt Virginem sanctam: non quod natura Verbi Dei vel divinitas ejus ex illa, vt esset, initium sumpserit, sed tanquam ex ipsa sumpto corpore anima rationali animato, cui secundum essentiam vnitus Deus Verbum, secundum carnem creditur natus.

XIV. Epilogus cum obtestatione ad resipiscentiam.

Hæc atque hujusmodi ex caritate Christi scribo, te deprecans tanquam fratrem, & obtestans in conspectu Dei, & electorum angelorum hortor, hæc te nobiscum, & sapere & docere, vt Ecclesiarum salva sit pax & concordia, caritatisque vinculum indissolubile permaneat inter sacerdotes Dei.

τὸ ἕνα κύριον Ἰησοῦν Χριστόν. ὡφέλησε κατ' οὐδένα τρόπον τὸ ὀρθὸν τῆς πίστεως λόγον εἰς τὸ οὕτως ἔχειν, κἂν εἰ προσώπων ἕνωσιν διαφημίζοιεν τινες· οὐ γὰρ εἴρηκεν ἡ γραφή, ὅτι ὁ λόγος ἀνθρώπου πρόσωπον ἑώωσεν ἑαυτῷ, ἀλλ' ὅτι γέγονε σάρξ. ὃ δὲ σάρκα γενέσθαι τὸν λόγον, οὐδὲν ἕτερόν ἐστιν, εἰ μὴ ὅτι παραπλησίως ἡμῖν μετέσχεν αἵματος καὶ σαρκός· ἴδιον δὲ σῶμα τὸ ἡμῶν ἐποιήσατο, καὶ προῆλθεν ἀνθρωπος ἐκ γυναικός· οὐκ ἀποβεβληκὼς τὸ εἶναι θεός, καὶ τὸ ἐκ Θεοῦ γεγεννῆσθαι παῖδος· ἀλλὰ καὶ ἐν προσλήψει σαρκὸς, μεμενηκὼς ὅπερ ἦν.

Τοῦτο πρεσβεύει πανταχοῦ τῆς ἀληθοῦς πίστεως ὁ λόγος· οὕτως εὑρήσομεν τοὺς ἁγίους πατέρας· οὕτω τεθαρσήκασι θεοτόκον εἰπεῖν τὴν ἁγίαν παρθένον· οὐχ ὡς τῆς τοῦ λόγου φύσεως, ἤτοι τῆς θεότητος αὐτοῦ τὴν ἀρχὴν τοῦ εἶναι λαβούσης ἐκ τῆς ἁγίας παρθένου· ἀλλ' ὡς γενηθέντος ἐξ αὐτῆς τοῦ ἁγίου σώματος, ψυχωθέντος τε λογικῶς, ᾧ καθ' ὑπόστασιν ἑνωθεὶς ὁ λόγος, γεγεννῆσθαι λέγεται καὶ σάρκα.

Ταῦτα καὶ πολλὰ ὡς ἐξ ἀγάπης τῆς ἐν Χριστῷ γράφω, παρακαλῶν ὡς ἀδελφόν, καὶ ἀναμαρτυρόμενος ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ, καὶ τῶν ἐκλεκτῶν ἀγγέλων αὐτοῦ, ταῦτα μὲν ἡμῖν καὶ φρονεῖν καὶ διδάσκειν, ἵνα σώζηται τῶν ἐκκλησιῶν ἡ εἰρήνη, καὶ τῆς ὁμονοίας καὶ ἀγάπης ὁ συνδεσμὸς ἀδιάλυτος ἀναμένοι τοῖς ἱερεῦσι τοῦ Θεοῦ. πρεσβεύοντες τὴν παρὰ σοὶ ἀδικουμένην, καὶ ἡ συνὼ ἡμῖν ἐν χειρὶ προσαγορεύει.

GARRIUNT, SICUT AUDIO, QUIDAM, &c.] Intellexerat Cyrillus ex literis suorum Constantinopoli commorantium, quam calumniam pateretur ab Alexandrinis tribus, (quartum enim postea absolvit) & cujus impulsu auderent facinorosi homines suum præsulem virum sanctissimum criminari; nullus autem scio, quid fefellerit Baronium, & sequaces alios, vt opinarentur, crimina, quæ Cyrillus perditis illis objicit, ab ipsis Cyrillo fuisse objecta.

Emendatus locus Baronii.

Vide notas ad epist. a Cyrillo scriptam ad suos clericos.

SI SANCTORUM PATRUM, &c.] A scriptoribus ecclesiasticis accusatur Nestorius, quod in sanctorum Patrum libris parum esset versatus, quodque eos præ animi tumore parvi faceret; factionis ille spiritus impulit Eutherium, vt primo, secundoque sermone inveheretur in eos, *qui multitudine sola veritatem dijudicant, quique jubent sua quemque fide contentum non scrutari Scripturas, & ex earum præscripto loqui.*

Nestorius Patrum contemptor. *Socrat. l. 7 c.*

SANCTUM ERGO ILLUD, &c.] Hoc argumento vtitur Cyrillus, tum in præsenti, tum in epistola ad monachos Ægypti, quia eodem abusus erat Nestorius sermone tertio, cum diceret: *Vos autem oportet nosse, quod modo venit in recordationem concilii Nicani, quod nusquam ausum est dicere, quia Verbum Deus natum est ex Maria virgine. ait enim:* Credimus in Deum Patrem omnipotentem, &c.

DEI NATURA TRANSFORMATA, &c.] Reprehendit inscriptionem calumniosam septimi sermonis: *Adversus eos, qui propter vnionem, aut divinitatem Verbi mortificant, aut humanitatem deificant.*

SUBSTANTIALITER AUT ESSENTIALITER, &c.] In Græco est, καθ' ὑπόστασιν, quam vocem interpretatus est Mercator duabus vocibus admodum vsitatis hoc in negotio, quibusque apud alios Patres, præsertim recentiores, Græca vulgo respondet οὐσιωδῶς. Dicturus est sub finem Mercator: *Verbum carni vnitum secundum essentiam.* Notandum vero has voces, cum forent novæ, atque adeo minus intellectæ, occasionem dedisse hæreticis struendæ calumniæ adversus catholicæ fidei defensores, quasi Apollinari aut Atio consentirent opinantibus in vnitatem naturæ, coivisse duas in Christo naturas, Verbo pro anima carnem informante.

NON ENIM DE SANCTA VIRGINE, &c.] Cum nondum satis perspecta esset Nestorii sententia, visus est pluribus, omni ex parte cum Samosateno

mosateno sentire, atque adeo velle, naturarum ambarum vnionem in ipso Virginis vtero non esse factam, sed longo post tempore, cum nempe homo beneficium illud tantum suis operibus promeruisset. Quæ opinio de Nestorio adhæsit omnibus fere Occidentalibus, Cassiano, Prospero, &c. imo pluribus etiam Orientalibus, antequam Nestorius mentem aperiret, de vnione Verbi facta in ipsomet conceptu hominis. Hæc observatio mirum quantum conducit ad intelligenda Patrum dicta quæ in speciem, tam inter se, quam cum veritate pugnant.

Vide differt. de hæres. Nestor.

PERSONARUM DIFFAMANDAM, &c.] Græce καὶ εἰ προσώπων ἕνωσιν ἐπιφημίζοιό τινες, quantumvis aliqui vnitatem personarum celebrent, seu jactent in vulgus.

SIMILIS ET COMPARATUS, &c.] Vox paulo audacior, comparatus dicitur pro eo, quod par factus. Videtur Mercator paraphrastice potius quam ad verbum sententiam Græcam expressisse: sic enim habet, τὸ δ' παρὰ ἡμῶν δ' λόγον οὐδὲν ἐπεφέρετο, εἰ μὴ ὅτι παρεπλησίασε καὶ μετέσχον αὐμετος καὶ σαρκός. Quin & nonnulla omisit postea, quasi colligens in compendium Cyrilli dicta.

LEGATIONE FUNGITUR, &c.] Religiose Græcæ vocis πρεσβεύω vim retinuit; sin minus exacte ad latinitatem, certe accommodate ad exprimendam Cyrilli mentem.

SIC FIDENTER DEI PUERPERAM, &c.] Intendit in primum & quintum sermonem: nam in illo Nestorius negat aperte virginem dici debere Θεοτόκον; in isto metuit hac voce vti, quippe periculosa: propterea quod abusi sunt hæretici, quibuscum vitanda consensio sit, etiam sermonis. Hinc Cyrillus Θεοτόκον a Patribus & quidem fidenter pronuntiatam refert.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ ΚΥΡΙΛΛΟΥ πρὸς τοὺς Κωνσταντινουπόλεως κληρικοὺς στασιάζοντας.

ΑΝΕΓΝΩΝ ὃ ὑπομνηστικὸν τὸ ἀποσταλὲν, πρὸς ὑμῶν δι' οὗ ἐμεμφάνετον, ὅτι Ἀναστάσιος ὁ πρεσβύτερος συντυχὼν ὑμῖν προσεποιεῖτο ζητεῖν καὶ φιλίαν καὶ εἰρήνην, ὡς φέρομεν, ὅτι ὡς ἔγραψε τοῖς μονάζουσιν, οὕτω φρονοῦμεν. Εἶτα πρὸς ἴδιον σκοπὸν βλέπων φέρε πρὸς ἐμοῦ, ὅτι καὶ αὐτὸς εἴρηκε τὴν ἁγίαν σύνοδον μὴ μεμνῆσθαι τοῦ λέξεως, τοῦ Θεοτόκου φημί.

Ἐγὼ δὲ γέγραφα, ὅτι εἰ καὶ μὴ ἐμνήσθη ἡ σύνοδος τοῦ λέξεως, καλῶς ἐποίησεν. οὔτε γὰρ ἐκινήθη τοιοῦτόν τι κατ' ἐκεῖνο καιροῦ. διὸ οὔτε τοῦ ἀνάγκη τὰ μὴ ζητούμενα φέρειν εἰς μέσον, εἰ δὲ τὰ μάλιστα τὴν δυνάμει τῆς συνοικοῦν οἶδε Θεοτόκον τὴν ἁγίαν Μαρίαν. αὐτὸν γὰρ λέγει τὸν γεννηθέντα ἐκ τοῦ πατρὸς, τὸν δι' οὗ τὰ πάντα ἐγένετο, σταυρωθῆναι, ἀναστῆσαι, παθεῖν, ἀναστῆναι ἐκ νεκρῶν, ἀνελθεῖν εἰς οὐρανοὺς, ἥξειν καὶ κρῖναι ζῶντας καὶ νεκρούς.

Καὶ οὐχ ὅτι πάντως αὐτὸς ὁ ἐκ Θεοῦ κατὰ φύσιν γεννηθεὶς λόγος ἀπέθανεν, ἢ σύμφυτον τῇ λόγχῃ εἰς τὴν πλευρὰν. ποῖαν γὰρ ἔχει, εἴπε μοι, πλευρὰν ὁ ἀσώματος; ἢ πῶς ἂν ἀπέθανεν ἡ ζωή; ἀλλ' ὅτι ἑνωθεὶς τῇ σαρκὶ, εἶπα παρούσης αὐτῆς, ὡς τοῦ ἰδίου πάσχοντος σώματος, αὐτὸς πρὸς ἑαυτὸν οἰκείουται τὸ πάθος.

SANCTI CYRILLI *Alexandrini Episcopi ad clericos suos constitutos Constantinopoli, epistola ex Græco sermone versa.*

Interprete Mario Mercatore.

LEGI literas missas a vobis, quibus didici quia invidi nostri, conveniendo vos, fingebant se pacem atque amicitiam quærere, & dicere, sicut scripsi ad monachos, sic se fidem tenere: deinde ad proprium sensum respicientes, dicere eosdem quia & ipse dixerim, sanctum concilium non meminisse illius locutionis, quæ est Θεοτόκος. I.

Ego autem scripsi, quod etiamsi non posuit concilium voculam hanc, convenienter tamen fecit: nihil enim eorum tunc fuerat motum, nec in medium fuit opus afferri, quod illo in tempore minime quærebatur. Verumtamen, potentia & vi intellectus, arbitror genitricem Dei, id est, Θεοτόκον, ab illo sanctam Virginem dictam; ipsum enim dicit, *qui natus est de Deo Patre, per quem omnia facta sunt, incarnatum, hominem factum, passum, surrexisse a mortuis, in cœlum ascendisse, judicem quoque esse venturum.* II.

Non quod omnimodo Verbum, quod secundum naturam de Deo genitum est, mortuum esse credendum sit, aut lancea in latere vulneratum: (quod enim habet latus natura incorporea? aut quo pacto mortua est vita vitarum?) sed quoniam vnitum carni hoc Verbum est, ideo ea carne patiente, tanquam proprio ejus videlicet corpore, in se hanc revocat passionem. III.

IV. Argutantur igitur, & se ipsos seducunt, cum dicunt pacem se velle, & sensibus mentiuntur: habere enim eos proprium virus in corde, ex eo facile est intelligere. Miserunt huic diacono, qui rerum ecclesiasticarum curam gerit, duas chartulas: vnam quidem compositam a Photio, aut ab alio quolibet, adversus librum meum, quem ad monachos edidi; & aliam veluti in speciem quaternionis, inconvenientem habentem etiam titulum, hoc modo: *Adversus eos, qui propter conjunctionem, vel divinitatem filii mortificant, vel humanitatem in Deum transferunt.* Præfatio autem sic habet: *Contumelias quidem in me hæreticorum*, &c.

Σοφιζόμενοι πίνω, καὶ ἀπατῶντες ἑαυτοὺς, ταῦτα λέγουσιν, ὅτι τὴν φιλίαν, καὶ τὴν ἴδιον ἔχουσιν ἰὸν εἰς τὴν καρδίαν, ἐστὶ δὲ καὶ ἀφ' τοῦτου ἰδεῖν. ἀπεστάλησαν γὰρ τῷ Βεφᾶ Μαρτυρίῳ τῷ ἀφαιρέτῳ τῷ φροντίζοντι τῶν ἐκκλησιαστικῶν πραγμάτων, δύο χαρτία. ἓν μὲν συντεθὲν παρὰ Φωτίου, ἢ παρ' ἑτέρου τινὸς, κατὰ τὸν τόμον τὸν πρὸς τοὺς μοναζοντας. ἓν δὲ ὡς ἐν σχήματι τετράδος ἀλλότριον ἔχον τὴν ἐπιγραφήν. ἔχει δὲ οὕτως· Πρὸς τοὺς ἀφ' τῶν συναφείας, ἢ τὴν θεότητα τοῦ μονογενοῦς συγχρωνῶντας, * ἢ ἀποθεωνῶντας τὴν ἀνθρωπότητα. ὃ δὲ προοίμιον εἰς τὰς παρὰ τῶν αἱρετικῶν λοιδορίας, ὡς ὅπερ σκληρὰν βλασφημίας ἐπαποτείνεται.

* ἡνωμένοις

V. Deinde conantur ostendere, quod corpus passum sit, & non Deus Verbum, quasi, vel nobis, vel quibuslibet dicentibus, Verbum illud, quod est impassibile, passibilitatis capax esse potuisset. Nemo est prorsus, qui sic insaniat; sed, sicut sæpe diximus, sanctum concilium dixit, ipsum Verbum, per quod facta sunt omnia, carne sua esse passum, secundum Scripturas: corpore enim ejus patiente, ipsum dicitur passum, quia & animus hominis, cum nihil in sua substantia & natura patiatur, pati tamen ipse dicitur, suo corpore patiente.

Καὶ δῆθεν πειρᾶται δεικνύειν, ὅτι τὸ σῶμά ἐστι τὸ πεπονθὸς, καὶ οὐχ ὁ Θεὸς λόγος. ὡς τινῶν λεγόντων, ὅτι ὁ ἀπαθὴς τοῦ Θεοῦ λόγος παθητός ἐστι. ἀλλ' οὐδεὶς οὕτω μαίνεται. ὡς γὰρ πολλάκις εἴπομεν, ἡ ἁγία συνοδος αὐτὸν ἔφη παθεῖν τὸν λόγον, τὸν δι' οὗ τὰ πάντα ἐγένετο. παθεῖν γὰρ φησὶ καὶ τὰς γραφάς. παθόντος γὰρ τοῦ σώματος αὐτοῦ αὐτὸς λέγεται παθεῖν, ὅτι καὶ ἡ τοῦ ἀνθρώπου ψυχὴ, καίτοι πάσχουσα μηδὲν εἰς ἰδίαν φύσιν, πάσχειν λέγει, τοῦ αὐτῆς παθόντος σώματος.

VI. Sed quoniam propositum ipsis est, duos filios, & duos Christos introducere: vnum quidem specialiter hominem, alterum vero proprie Deum; in personis tantum faciunt vnitatem, Deum Verbum nolentes proprie, & substantialiter vnitum homini, hominem factum, hominemque suscepisse: propterea & tergiversantur, & *excusationes*, sicut scriptum est, *fingunt in peccatis*.

Ps. 140. v. 4.

Αλλ' ὅπερ σκοπὸς ἐκείνοις δύο λέγειν Χριστοὺς, καὶ δύο υἱοὺς, καὶ τὸν μὲν ἀνθρωπον ἰδικῶς, τὸν δὲ Θεὸν ἰδικῶς, εἶτα μόνον τῶν προσώπων ποιοῦσι τὴν ἕνωσιν, ἀφ' τοῦτο ποικίλλονται, καὶ προσφάσεις πλάττονται ἐν ἁμαρτίαις, καθὰ γέγραπται.

VII. Vos igitur convenientes cum eis, hæc dicite: Facere eos male, quod introducant quosdam loquaces & garrulos adversum nos, & hos fovendo ac defendendo, causam faciunt malignitatis suæ.

Συντυχόντες πίνω αὐτοῖς ἐκεῖνα λέγετε, ὅτι ποιεῖτε με κακῶς, εἰσδήλωντές τινας καταφλυαρεῖν τοῦ ὀπισκόπου ὑμῶν, καὶ τούτους θάλποντες, καὶ συγκροτοῦντες, καὶ ὄργανα τὴν ἑαυτῶν μοχθηρίας ποιούμενοι.

VIII. Sed non hæc propriæ nostræ læsionis est causa. Dicite me nec huic, qui ibi degens præest, esse inimicum; lædi autem propter hoc tam orientales, quam occidentales venerandos Episcopos, quod rectus de Christo doctrinæ sermo non fiat, sed omnino perversus.

Πλὴν οὐχ αὕτη τὴν λύπης ἐστὶν ἡ πρόφασις, ἀλλ' οὐδὲ ὅλως ἐχθρός ἐστιν ὁ ὀπίσκοπος ὑμῶν τοῦ ἐνταῦθα. λυπεῖ γὰρ πάντας τοὺς κατὰ τὴν ἀνατολὴν καὶ δύσιν ὀπισκόπους, ὃ μὴ γίνεσθαι ὀρθῶς τὴν περὶ Χριστοῦ λόγον, ἀλλὰ διεστραμμένως.

IX. Sufficit autem hoc documentum ad confutandos eos, quod nunquam a quoquam tale quid in Ecclesiis dictum sit, quale in ejus expositionibus continetur, quod sic se habet: *Non clamori-*

Αρκεῖ δὲ πρὸς ἀπόδειξιν καὶ ἔλεγχον αὐτῶν, ὅτι μηδεπώποτε ἐν τῇ ἐκκλησίαις ταῦτα παρὰ τινος εἰρῆται, οἷα γὰρ ὁ κείμενον ἐν τοῖς αὐτοῦ ἐξηγήσεσιν. ἔχει δὲ οὕτως· Οὐ τὴν κραυ-

γαῖς κρίνω τὴν εἰς ἐμὲ φιλεστοργίαν, ἀλλὰ τῷ περὶ τὰ δόγματα πόθῳ, καὶ τοῦ μεμνῆσθαι τῆς τοῦ δεσπότου καὶ θεότητος ἅμα τε καὶ ἀνθρωπότητος. τε μὴν ὀλίγα· Καὶ προσέχω τοῖς ἡμετέροις δήμοις εὐλάβειαν μὲν πολλὴν κεκτημένοις, καὶ θερμοτάτην εὐσέβειαν, ὅτι καὶ τὸ περὶ τὸ δόγμα θεογνωσίας πεπληρωμένοις. τοῦτο καὶ ἔγκλημα τῶν λαῶν, ἀλλὰ πῶς εὐπρεπῶς εἴποιμι, τὸ μὴ ἔχειν τινὰ διδασκάλοις χρόνον καὶ τι τῶν ἀκριβεστέρων ὑμῖν προσθεῖναι δογμάτων.

bus approbo erga me studium vestrum, sed laudo circa dogmata desiderium, in quo deitatis & humanitatis Domini meministis. Et post pauca: *Et aspicio populos multam quidem reverentiam, & pietatem prudentissimam possidere, ignorantia vero dogmatis caeutire; hoc autem non crimen est plebium, sed, vt verecunde, aut decenter dicam, propterea quod doctores elimatius & liquidius vobis aliquid etiam de dogmatibus tempus non habuerint apponendi.*

Πῶς γὰρ οὐκ ἐρώτασθε οἱ πρὸ αὐτοῦ; ἆρά γε εὐγενέστερός ἐστιν Ἰωάννου; ἴσος καὶ τοῦ μακαρίου Ἀττικοῦ, ἢ συνετώτερος; τίς ἡ ὀφρὺς αὕτη; μᾶλλον δὴ πῶς οὐχ ὡμολόγησεν σαφῶς, ὅτι ξένην, καὶ ἀστυνόμον διδασκαλίαν εἰσήγαγε, καὶ τοῖς πρὸ αὐτοῦ μὴ ἐγνωσμένην ἐφ' τῆς ἀποπίας μήτε σὺν συλλόγῳ πιστῶν, μήτε σὺν ἁγίαις ἐκκλησίαις.

Rogo, dicatur quomodo non habuerint tempus docendi prædecessores ejus? Eloquentiorne est Joanne, aut beato Attico comparandus? Aut æqualis eis, aut prudentior invenitur? Quid hoc est superbius? Aut quomodo non evidenter confitetur, hæc dicens, novam se & inconsuetam afferre doctrinam, & prorsus ignotam prædecessoribus suis; & hoc ipsum nefandum, hanc velle in Ecclesiam introducere. X.

Ἐμοὶ τοίνυν πρὸς αὐτὸν περὶ τῶν τοιούτων λόγος οὐδὲ εἷς, γένοιτο δὲ μᾶλλον μετανοῆσαι αὐτὸν, καὶ τὴν ὀρθὴν ὁμολογῆσαι πίστιν. καὶ ἅπερ ὧν εἰς ἐμὲ πεποίηκεν ἐρεθίζων, καὶ ἐπαλείφων κατ' ἐμοῦ τοὺς ἐχθροὺς, ἀπολογήσεται τοῦ Θεοῦ.

Mihi autem nullus adversus eum sermo de aliis causis est: sed contingat eum pœnitere, & rectam aliquando confiteri fidem; de iis autem, quæ adversum me molitur, irritans inimicos & provocans, satisfaciet Deo. XI.

Οὐδὲν δὲ θαυμαστὸν εἰ κακῶς ἡμᾶς λέγουσιν αἱ κατοικίαι τῆς πόλεως Καρήμων, Οὐίκτωρ, Σωφρονᾶς, καὶ ὁ τοῦ φυραστοῦ Φλαβιανοῦ παιδαρύλλιον· ἀεὶ γὰρ γεγόνασι καὶ περὶ ἑαυτοὺς, καὶ περὶ πάντας κακοί· ἴσως δὲ ὁ εἰδὼς ἀγνοεῖ, ὅτι οὔτε ἀποδημίαν φοβούμεθα, οὔτε ἀπολογίαν τὴν πρὸς ἐκείνους, καὶ εἰ γένοιτο τοῦτο καιρός. συμβαίνει γὰρ, ὅτι ἡ τοῦ σωτῆρος οἰκονομία ἐφ' μικρῶν καὶ οὐτελεστάτων πραγμάτων συνάγει σύνοδον, ἵνα καθαίρῃ τὴν ἑαυτοῦ ἐκκλησίαν ἄσπιλον καὶ ἀσύγχυτον ἔχουσαν τὴν εὐθῆ πίστιν.

Nihil autem mirum, si male de nobis loquantur sterquilinia civitatis Chæremon & Victor, & Sophronas, & decoctoris Flaviani mancipium: semper enim & circa se fuerunt, & erga alios nequam. Noverit autem, qui eos irritat, quod nos nunquam formidavimus peregrinationem suscipere, sed nec illorum accusationibus respondere, si tempus hoc exigat. Potest enim evenire, Salvatoris nostri dispensatione faciente, ob leves forte etiam & vilissimas causas, ad purgandam Ecclesiam, juberi concilium convocari. XII.

Μὴ προσδοκάτω δὴ ὁ δείλαιος, ὅτι εἰ καὶ πλείους καὶ ἀξιόλογοι εἶεν οἱ ἐφ' τοῦ αὐτοῦ συνοδῆς κατηγορῶν ἡμῶν μέλλοντες, δικαστὴς ἔσται τῶν καθ' ἡμᾶς, καὶ τοῦτο προσαρθῇ ὑπὸ Ἀμφιτίωνος, πρωτοτυπούμεθα γὰρ ἐκεῖσε φθάντες· καὶ σὺν Θεοῦ φάσαι, τὴν αὐτοῦ δυσφημίας ἀπολογήσεται.

Non igitur speret miser ille, etiamsi adhuc nos plures, & fide digniores accusent, se nostrum judicem fore; quia etiamsi jubeatur ad illum nos venire debere, refutabimus audientiam ejus, & Dei favore, dilucidabimus res magis, quatenus de suis blasphemiis debeat satisfacere. XIII.

Οὐκοῦν φεύγομεν τὴν εἰρήνην ἀδαμῶς, ἀλλὰ μᾶλλον ἀρπάζομεν, ἐὰν ὁμολογηθῇ ἡ πίστις ὀρθὴ, καὶ παύσωνται τὴν λέγειν τοιαῦτα, ἅπερ ξενοποιοῦντες, ὀπτικαλοῦσιν θάνατον τοσαύτῃ γὰρ δίαφορᾷ ἔχει ὁ ἀποσταλὲν τετράδιον τὴν αὐτοῦ δυσφημίαν, ὡς μελλήσεσθαι καὶ τὴν αἰσχυνόσκοπα.

Neque igitur pacem refugimus, sed & cupimus, si fides recta fuerit annuntiata, atque professa, vel si talia cesset tandem aliquando prædicare. Tantam enim perversitatem ille ejus quaternio habet, vt merito de his, qui scripserunt, dicatur, quia principatum in blasphemiis tenent. XIV.

XV. Quia vero causatur, locutionem inconsuetam flagitari, Dei genitricem, id est, Θεοτόκον, Virginem sanctam, quam nec Scriptura, neque sancta synodus protulit; dicat nobis ipse interrogatus, vbi genitricem Christi, id est, Χριστοτόκον Scriptura loquatur? An vllum episcopale concilium est, quod θεοδόχον, id est, susceptricem vel capacem deitatis formam, nominaverit Christum?

Επειδὴ δ' αἰτᾶται, ὡς λέξιν ἀσυνήθη εἴρηκεν ἡ γραφή, ἐρωτῶ ἡ ἁγία συνοδος, Θεοτόκον ὀνομάσασα τὴν ἁγίαν παρθένον, ἐρωτάτωσαν αὐτοὶ, ποῦ Χριστοτόκον, ἢ θεοδόχον οὗσαν γεγραμμένον. πρὸς τούτῳ κἀκεῖνο εἰπεῖν αὐτοὺς λέξεσιν οὕτω. τὴν θεοδόχον τῷ Θεῷ μὴ συνθεολογῶμεν παρθένον.

XVI. In illo enim quaternione, quem huc misit, nosque vehementer offendit, ita est, τὴν θεοδόχον τῷ Θεῷ λόγῳ συνθεολογῶμεν μόρφην, id est, susceptricem Dei formam vna ac pari, qua Deum Verbum, deitatis ratione veneremur. Similiter, de illa quoque venerabili semper virgine ita posuit, τὴν θεοδόχον παρθένον τῷ Θεῷ μὴ συνθεολογῶμεν, id est, susceptricem deitatis Virginem cum Deo ad divina non attollamus.

XVII. Nescit vero quid loquatur. Si enim Virgo, vt vult, non peperit Deum, nec est Θεοτόκος, neque suscipere potuit Deum in vtero, qui est Christus, quomodo saltem θεοδόχος est, vt ipsi iterum placet?

Οὐκ εἰδὼς ὃ λέγει. εἰ γὰρ μὴ τέτοκε Θεὸν, μηδὲ ἔχει ἐν τῇ κοιλίᾳ Θεὸν ὄντα Χριστὸν, πῶς ἔτι θεοδόχος ἐστί;

XVIII. Quid in dictis suis Patrem Θεοτόκον dici mavult, quam illam Virginem sanctam, quem rectius & competentius θεογεννήτορα (Latini Dei genitorem diterent) enuntiare debuerit? Dicat ergo nobis, vbi legerit hæc verba, vel a quibus audierit. Multa sunt crimina expositionum ejus, sed servabuntur, & proferentur in tempore opportuno, nisi forte pœnitudo aliqua subsequatur.

Καὶ αὐτὸν δὲ τὸν πατέρα εἶπε Θεοτόκον. ποῦ φύσει αἰνέσω τοὺς λέξεις ταύτας, ἀγνοῶ. πλὴν ὅπου δὲ ἀλλὰ πολλὰ ἐπιτρέψῃ) ἐγκλήματα ἐκ τῶν ἐξηγήσεων αὐτοῦ, φυλαχθήσονται ἕως καιροῦ, εἰ μή τις λύπη) μετάγνωσις.

XIX. Oportet autem me meum vobis propositum facere manifestum, & ideo iterum scribo, quod etsi ego sim natura pacificus, & litium satis ignarus, opto tamen Ecclesias quietem habere, & sacerdotes Dei in pace degentes nostri memores esse, dicente omnium salvatore Domino JESU CHRISTO: *Pacem meam do vobis, pacem meam relinquo vobis.*

Ioan. 14. v. 27.

XX. In colloquiis ergo hoc dicite, quia multa quidem ab eis, quæ nos læderent, processerunt; verumtamen erit pax, cum ille docere destiterit talia, vel sentire: fides enim cum læditur, inimicitias excitat, imo & exaggerat.

XXI. Si rectam profiteatur fidem, fiet plena & firmissima pax, quam si in voto gerit, scribat catholicam fidem, & mittat Alexandriam: si hæc ex affectu cordis intimi scribantur, paratus sum & ego pro viribus meis, similia scribere, & edere librum, ac dicere, nullum debere gravari consacerdotum nostrorum, quia ejus voces discimus habere

intentionem rectam, & propositum manifestum. Si vero in pravitate inanis gloriæ permanet, petitque pacem, nihil restat, nisi vt obstemus totis viribus, ne consentire illi putemur. Nam mihi pro fide, quæ in Christo est, & laborare, & vivere, & mori, maximum votum est.

Hæc epistola tota fere historica est.

EPISTOLA SANCTI CYRILLI ALEXANDRINI EPISCOPI, &c.] Inter epistolas sancti Cyrilli, quæ pertinent ad concilium Ephesinum, aliæ sunt historicæ, aliæ dogmaticæ, aliæ mixtæ: historicas dico, quæ lucem afferunt rebus gestis: dogmaticas, quæ fidem exponunt: mixtas, quæ vtriusque modi. Hæc tota fere historica est. neque id mirum: habet enim formam commonitorii fidis hominibus dati, ad negotia in vrbe regia pro tempore & loco tractanda.

Longe diversa est, quomodo editur ex Mercatore, quam quæ vulgo legitur in concilio generali.

Porro autem mirum quantum discrepat, prout hic a Mercatore interpretata legitur, ab ea quæ reperitur in vtraque versione concilii Ephesini, Peltana scilicet ac Romana, quæque in editione operum Cyrilli, tum Latina vetere, tum recentiore Græco-Latina, vt idcirco diversam posset opinari quispiam, nisi pars prior, majorque, paucis admodum immutatis, eadem foret. Unde vix non adducor vt credam, Græcam, vt nunc quidem habetur, corruptam esse, & ex Marii Mercatoris versione corrigendam. Mariana certe longe plus luminis affert historiæ, quam vulgata, minusque habet perturbationis, vt ex sequentibus observationibus liquebit.

Quæque corrigi debet ex Mariana versione.

Alius est apud Mercatorem titulus, quam in vulgatis codicibus quis retinendus.

AD CLERICOS SUOS CONSTITUTOS CONSTANTINOPOLI, &c.] In editione vulgata concilii Ephesini inscribitur: *Ad clericos Constantinopolitanos mutuis dissidiis conflictantes.* Hic an ille titulus falsus sit, dubium faciunt conjecturæ in vtramque partem non leves.

Rationes pro retinendo vulgari. Prima.

Pro vulgari facit, primum quod repertus sit in omnibus Græcis codicibus, sive quos Peltanus consuluit, sive quibus est vsus Autbertus in accuranda operum Cyrilli Græco-Latina editione.

Secunda.

Deinde quod ex ipso initio epistolæ conjici possit, Constantinopolitanos clericos ad Cyrillum scripto questos esse de Nestorio, nec alia præter hanc responsio appareat.

Tertia.

Tum, quod vbi de Nestorio sermo est, bis appelletur eorum, ad quos scribitur, Episcopus.

Quarta.

Denique, quod mentio fiat libelli cujusdam contra Nestorium ab iis, quibus scribitur, compositi, & Imperatoribus offerendi. Hunc autem credideret aliquis eumdem esse, ac qui a Constantinopolitanis oblatus fertur.

1. part. conc. Ephes. c. 3.

Rationes pro Mariano titulo restituendo in locum alterius. Prima.

Sunt vero longe plura gravioraque rationum momenta, pro restituendo in locum alterius, qui subrepsit, Mariano titulo. I. Cyrillus suos, sive apocrisiarios, sive agentes in rebus Ægyptiæ diœcesis, habebat semper in vrbe regia, & iis potissimum turbulentis temporibus indigebat fidis atque industriis, qui prudenter explorarent, & rerum inclinationes, & qua ratione declinarentur artes Nestorii, non tantum Cyrillo, sed etiam fidei perniciem molientis.

Secunda.

II. Epistola formam habet commonitorii, eique plane respondet, quod Cyrillus dedit Eulogio presbytero suo in vrbe post peractum concilium versanti.

3. part. conc. Ephes. c. 37.

Superat vero omnem fidem, ab alieno præsule commonitorium, imo & procurationem dari clericis alterius Ecclesiæ, & illius præfertim quæ invidia laboraret erga Alexandrinam, in qua certe multi adhuc existerent addicti Chrysostomo, cujus nomen vixdum Cyrillus receperat.

Tertia.

III. De suis calumniatoribus Alexandrinis Cyrillus perinde loquitur, ac de hominibus valde notis apud eos quibus scribit. Usque adeone vero Alexandrini innotescerent hominibus longe positis, vt verbo indicari possent?

Quarta.

IV. Etsi plures extant Cyrilli ad Constantinopolitanos clericos epistolæ, alia tamen nulla responsionis formam habet, quam quæ scripta est ann. 430. circa autumnum, ex concilio Alexandrino, imo nec alia potuit esse hujusmodi, cum hæc ipsa, cujus modo meminimus, videatur dicere eatenus a Cyrillo responsum non fuisse clericorum vrbis regiæ querelis.

1. part. conc. Ephes. c. 27.

Quinta.

Hæc autem quam habemus præ manibus, anno toto prius missa est.

V. In hac ipsa epistola, prout a Mercatore versa legitur, tantum abest, vt dicatur Nestorius eorum esse Episcopus, quibus scribebatur, vt potius vno in loco de se Cyrillus diserte loquatur, seque eorum, ad quos scribit, Episcopum vocet.

Sexta.

VI. Nullus precum libellus Imperatori a clericis vrbis regiæ oblatus legitur; sed potius a monachis, quorum dux Basilius archimandrita. Quare si qua foret necessitas fatendi epistolam a Cyrillo scriptam ad eos, qui libellum oblaturi essent, scriptam vtique fatendum esset, non ad clericos Constantinopolitanos: qua generalitate vocis, aut totus clerus, aut certe pars melior intelligitur; sed ad monachos, e quibus inter diaconos, quemadmodum & inter lectores, quidam erant.

Ultima.

Denique, minorem fidem merentur Græci codices longo post tempore exscripti, quam Marius Mercator epistolam tunc pene cum scriberetur, interpretatus.

Quo tempore epistola scripta sit.

Tempus scriptionis ex eo facile intelligitur. Fit in ipsa mentio, & sparsæ in vrbe Cyrilli epistolæ ad monachos Ægypti, indeque exacerbati Nestorii; & responsionis a Photio ad epistolam editæ; & libellorum ab Alexandrinis calumniatoribus in Cyrillum Nestorio porrectorum; & habiti a Nestorio sermonis, cujus initium est: *Contumelias*, &c. Eam igitur oportet post ista scriptam fuisse, atque adeo non ante mensem Februarium ann. 430. cum ipsa eo vsque perducta sint; imo cum idem argumentum contineat, atque secunda Cyrilli ad Nestorium epistola, nec ipsius tamen faciat mentionem, cum faciendi necessitas foret, si modo veritas pateretur, oportuit profecto, vel ante ipsam scribi, vel cum ipsa secunda. Atqui epistola Nestorium Cyrillus monuit sub initium ann. 430. mense Mechir, seu Februario: ad hoc igitur tempus, quod ante diximus, pertinet.

De Anastasio Nestorii syncello.

INVIDI NOSTRI, &c.] In Græco textu pro invidis nominatur Anastasius, impurus ille presbyter, Nestorii syncellus, & consiliorum particeps, hæresisque spargendæ administer, qui cum Antiochia venientem Nestorium comitatus esset, primus, si qua fides historicis Græcis, ausus est publice in Ecclesia negare, beatam

Virginem esse Deiparam, sive id in collatione effuderit, æstu disputationis abreptus, vt innuit Socrates, sive scriptam a Nestorio homiliam legerit, quod tradit Theophanes.

Lib. 7. c. 17. In chronolog. ad ann. 428.

Dixi vero, si qua fides historicis Græcis: nam Cyrillus vult a Dorotheo Martianopolis Episcopo hanc blasphemiam pronuntiatam, Nestorio præsente nec improbante. Lis vtcunque componi potest, si Anastasius dicatur negasse primus Virginem esse Deiparam; primus anathema Dorotheus pronuntiaverit in eos, qui id assererent.

Anastasius porro ille est, quem Charisius retulit dedisse vna cum Photio itidem Nestorii administro, literas commendatorias Jacobo & Antonio ad Philadelphienses, vt eos ab hæresi Quartadecimanorum revocarent: non tamen ad fidem catholicam, sed ad Nestorii partes, incauta subscriptione symboli a Theodoro Mopsuesteno conficti, de quo postea nobis erit sermo.

2. part. conc. Eph. act. 6.

De epistola Cyrilli ad monachos Ægypti.

SCRIPSI AD MONACHOS, &c.] Epistola Cyrilli ad monachos Ægypti, quæ tota fere in dogmate explicando versatur, primus fuit sancti præsulis adversus Nestorium labor: quem qua occasione susceperit, tradit ipse cum in parte secunda hujus epistolæ, aliisque passim in locis, tum maxime in prioribus monitoriis ad Nestorium literis. Cum enim exegeses Nestorii, & præsertim sermo primus de virgineo partu, venisset in manus monachorum Ægypti, mentesque nonnullorum ita pervertisset, vt audacter affirmarent, nec Virginem esse Deiparam, nec Christum Deum, sed Dei tantum instrumentum, aut hominem θεοφόρον; huic malo Cyrillus vt occurreret, sermonem de virgineo partu ita refellit, vt ostenderet, primum auctoritate Athanasii rationeque, Virginem dici debere Deiparam, siquidem Christum Deum genuerit. Deinde Christum esse Deum conficeret, partim ex symbolo Nicæno, partim Scripturæ testimoniis, & illo potissimum: *Verbum caro factum est.* Tum cavillationibus hæreticorum responderet, modumque exponeret vnionis Verbum inter ac humanam naturam. Tandem multis quæstionibus ita satisfaceret, vt peritiores quidem monachorum adversus hæreticorum argutias instrueret, simpliciores juberet ab inquisitione subtiliore abstinere.

1. part. conc. Ephes. c. 2.

Ioan. 1. v. 14.

De Photio presbytero Nestorii administro.

A PHOTIO AUT AB ALIO QUOLIBET, &c.] Socius fuit ille, vt diximus, Anastasii presbyteri, quicum Philadelphiensium corruptoribus literas dedit, quarum mentio fit in causa Charisii. Quam vero scripsit responsionem ad librum Cyrilli ad monachos, ea, nisi fallor, periit absumpta flammis, quibus Nestorianos libros comburi jussit Theodosius edicto, quod lectum dicitur monachis die 23. Pharmuthi, Indictione I. anno Diocletiani CLXIV. id est, anno Theodosii XLI. Valentiniani XXIV. Christi CCCCXLVIII. Zenone & Posthumiano coss. die XVIII. Aprilis: quanquam antecessit alterum edictum eadem de re, quod in codice Theodosiano datum scribitur Constantinopoli III. Nonas Augusti, Theodosio XV. & qui fuerit nuntiatus, coss. id est, anno Christi 435.

2. part. conc. Eph. act. 6.

3. part. conc. Eph. c. 48.

ET ALIAM VELUTI IN SPECIEM QUATERNIONIS.] Charta illa in speciem quaternionis, cui titulus inscriptus erat: *Adversus eos, qui propter conjunctionem, vel divinitatem Filii mortificant, vel humanitatem in Deum transferunt*; nullatenus differt a sermone quarto adversus Proclum, cujus initium est: *Contumelias quidem*, &c.

IN PERSONIS TANTUM FACIUNT UNITATEM, &c.] Super ea Nestorii opinione vide dissertationem hac de re singularem.

De calumniatoribus Cyrilli apud Nestorium.

QUOD INTRODUCANT QUOSDAM LOQUACES, &c.] Id ipsum queritur Cyrillus apud Nestorium. *Garriunt, sicut audio, quidam de existimatione mea apud religionem tuam, & hoc frequenter, processionum vel conventuum opportuna tempora aucupantes, & eo magis forsitan arbitrantes delectare se aures tuas, adversum nos inconditas voces emittunt. Qui læsi quidem in nullo sunt, objurgati autem a nobis sæpe, sed hoc leniter; vnus eorum, quod cæcos & pauperes vexabat injuria; alter, quod contra matrem evaginaverat gladium; tertius, quia cum ancilla aurum furatus est alienum, & quia talem semper habuerit existimationem, qualem nullus provenire vel gravissimis inimicis optaverit.*

1. part. conc. Ephes. c. 6.

De sermone secundo Nestorii.

NON CLAMORIBUS APPROBO, &c.] Hæc ipsa verba leguntur in 20. excerpto Ephesino: continent vero initium sermonis, vt ego quidem opinor, secundi. Vide observationes ad eum ipsum sermonem.

Vehemens Nestorii a Cassiano reprehensio.

PROPTEREA QUOD DOCTORES, &c.] Hunc locum vrget Cassianus. *Et tu, o impiissime atque impudentissime, præclaræ vrbis contaminator, catholicæ ac sanctæ plebis gravis & exitiosa contagio, stare in Ecclesia Dei ac loqui audes, & blasphemis ac furiosis vocibus tuis sacerdotes semper illæsæ fidei & catholicæ confessionis infamas; magistrorum priorum vitio plebem Constantinopolitanæ vrbis errare? Tu ergo emendator priorum antistitum; tu condemnator veterum sacerdotum; tu Gregorio excellentior; tu Nectario probatior; tu Joanne præstantior, omnibusque orientalium vrbium sacerdotibus?*

Lib. 7. c. 30.

Oportet Cassianum vidisse hanc epistolam, quippe a Cyrillo ad Celestinum missam per Possidonium cum aliis ejusdem negotii chartis; vel Nestorium, quod magis reor, suum secundum sermonem per Antiochum Celestino direxisse.

De superbia Nestorii in aliis doctoribus despiciendis.

QUID HOC EST SUPERBIUS? &c.] Nestorium Socrates accusat superbiæ, sed & simul ignorantiæ. Sic enim scribit: *Ego dum libros a Nestorio editos lego, hominem reperio imperitum, & doctrinæ penitus expertem.* Et post pauca: *Vocem hanc,* Θεοτόκος, *tanquam larvam reformidans declinat, hocque illi præ insigni insciticia & ignoratione contigit. Nam tametsi natura linguæ erat diserta, & propterea doctus putabatur; tamen revera imperitus fuit: quin etiam veterum interpretum scripta perdiscere dedignatus est. Linguæ enim volubilitate & elegantia insolenter se efferens, cum veteres prope neglexit, tum se ipsum omnibus antecellere existimavit.*

Lib. 7. c. 32.

De libellis adversus Cyrillum per calumniatores Alexandrinos Nestorio datis.

ADVERSUM ME MOLITUR IRRITANS INIMICOS, &c.] Consonant quæ habentur in tertia epistola Nestorii ad Celestinum de libellis adversus Cyrillum datis. *Didici*, inquit, *honestissimum Cyrillum Alexandrinæ vrbis Episcopum, propter libellos contra eum nobis oblatos, exterritum ac sibi venantem latebras, ad evitandam sacram synodum propter hos ipsos libellos futuram, quasdam alias interea cogitationes excogitare verborum*, &c.

Nunc primum editur interprete M. Mercatore.

De Victore monacho per injuriam inter calumniatores Cyrilli habito.

STERQUILINIA CIVITATIS, &c.] Eorum nefanda crimina paulo ante ex epistola Cyrilli ad Nestorium relata sunt. Fuit tamen a calumniatorum numero eximendus vir sanctissimus Victor, cujus apologiam postmodum

3. part. conc. Eph. c. 13.

scripsit Cyrillus ipse ad Imperatorem. *Expertus est mecum*, inquit, *infrenatæ linguæ jacula etiam dilectus solitarius Victor. Sparserant enim de illo quidam, qui mentiri consueverunt, quod is quoque contra me absurda quædam nugatus esset, vt etiam cum Ephesum ad me venisset, nonnulli ex sancta synodo plurimum ipsum accusarent: imo vero vniversi, veluti vnum ex impiorum numero perosi, illum aversati sint, perstiteruntque parricidam & fratricidam aliisque ejusmodi nominibus appellare. Cum autem ille senex hoc intellexisset, multis admodum sanctis Episcopis ipsum circumstantibus, sublatis in cælum manibus, præter morem suum per sacrosanctum baptisma, & venerandæ Christi mysteria, nullius horum scelerum sibi conscium esse juravit; ac denique offensorum animos ægre ego & ipse simul hac ratione placare potuimus.*

Circa hos homines non satis sibi constat Christianus Lupus: eos enim facit modo Constantinopolitanos presbyteros, cum Photio adjungit adversus Cyrillum; modo Alexandrinos, cum objecta ipsis vere a Cyrillo crimina, credidit ipsos potius Cyrillo objecisse. Quæ porro fuerit causa credulitatis tam alienæ a vero, etsi communis Lupo cum aliis quibusdam, non potui, etsi diu cogitaverim, divinare: sunt enim aperta in contrarium Cyrilli verba.

Epist. 2. ad Nestor. 1. part. conc. Eph. c. 8. De calumniis Alexandrinorum ad Imperatorem a Nestorio delatis.

SI MALE DE NOBIS LOQUATUR, &c.] Horum accusationes Nestorius ad Imperatorem detulit: vnde fuit necessitas imposita sancto Præsuli scribendæ ad Theodosium defensionis. *Nestorii dogmatum propugnatores*, inquit, *invidiæ odiique arcum in me tendentes, impotentisque insaniæ suæ ausus variis modis adversum me concinnantes, viros quosdam*, quorum Deus venter est, & gloria in confusione eorum, *sicut beatus Paulus dicit, mercede pararunt, & accusatores adornarunt, ac vt vestro imperio molestiæ sint, & quidem frequenter, curaverunt*, &c.

3. part. conc. Ephes. c. 13. Philipp. 3. v. 19.

Iterum de quarto sermone Nestorii adversus Proclum. Num. 3. hujus epist.

QUATERNIO.] Ipse est quartus sermo adversum Proclum, quem specie quaternionis oblatum diacono suo scribit Cyrillus, quique in Græco vere dicitur, *quaternio blasphemiarum Nestorii.*

De differentia Græci textus, vt nunc quidem habetur, a Mercatoris versione.

DICAT NOBIS, &c.] Mirum quantum hæc & alia quæ sequuntur a Græcis discrepant; sed procul dubio Græca vix vllum, saltem intitio, faciunt probabilem sensum. Certe interpres Romanus, etsi valde conaretur, non potuit satis huic vitio mederi. Longe clariora sunt, & reliquis consonantiora quæ Mercator habet.

De primo sermone, qui est de virgineo partu. Num. 11.

IN ILLO QUATERNIONE, QUEM HUC MISIT, &c.] Intelligit sermonem primum de Incarnatione, seu de virgineo partu, in quo continentur hæc ipsa verba: ἡ δεξαμένη τὸν Θεὸν λόγον συνθεολογοῦσα μόρφῃ, id est, susceptricem Dei formam vna ac pari, qua Deum Verbum, deitatis ratione veneremur.

Auctoris libri qui Prædestinatus inscribitur, de ortu dissidii inter Cyrillum & Nestorium sententia. Hæresi 89.

Non mediocriter ista juvant sententiam, licet insolentem, auctoris Prædestinati hunc in modum narrantis exordium nati Cyrillum inter & Nestorium dissidii. *Octogesimam & nonam hæresim Nestorius Constantinopolites Episcopus dicitur incurrisse. Consuetudo est namque, vt vnum tractatum suum Episcopus Alexandrinus mittat ad Constantinopolim, qui recitetur in Pascha, & tractatum suum Constantinopolites, qui Alexandriæ recitetur. In tractatu suo Constantinopolites Nestorius scripsit, Mariam non esse* Θεοτόκον, *sed* Χριστοτόκον, *id est, non Deum peperisse, sed hominem. Si enim dixerimus quia Deum genuit, facimus matrem deorum, sicut gentiles.*

Observa hanc vocem, *in Pascha*, non ita accipiendam, vt tractatus intelligatur lectus die Paschatis, sed in Pascha, id est, ad Pascha indicendum die natali Christi.

UT IPSI ITERUM PLACET.] In alio nimirum sermone, quam cujus modo fiebat mentio. Is autem est quartus adversus Proclum, in quo sunt hæc verba: *Vnus est enim, vt ego secundum ipsos dicam, Pater Deus* Θεοτόκος, *id est, genitor Dei, qui hoc nomen impositum habet.* Num. 47.

Iterum de differentia textus Græci a Mercatoris versione.

QUID IN DICTIS, &c.] Hæc iterum a Græcis longe differunt, sed iis, opinor, tanto meliora, quanto aptiora orationis seriei, & explicantiora dictorum. Cur autem Cyrillus Deum Patrem malit dici Θεογεννήτορα, quam Θεοτόκον, in promptu causa est: τίκτειν enim, quod parere est, de matre frequentius dicitur, quam de patre, cujus proprium est γεννᾶν, seu generare. Jubet autem excellens ratio principii, quæ primæ personæ convenit, vt appellationem a patre potius quam a matre ad divinam personam transferamus. quanquam nec ipsa Scriptura semper ita scrupulose loquitur ea de re, Patrem enim æternum Filio dicentem inducit: *In splendoribus sanctorum ex vtero ante luciferum genui te.* Ps. 109. v. 3.

Maxima rursus differentia Græci textus a Mercatoris versione. De libello precum, cujus mentio fit in Græco.

OPORTET AUTEM ME MEUM VOBIS PROPOSITUM FACERE MANIFESTUM.] Hæc & alia ad vsque finem desiderantur in Græco, pro quibus leguntur nonnulla de libello precum, qui referendus esset Theodosio imperatori, quique a Cyrillo lectus emendatusque, & cum mandatis remissus dicitur, vt sin minus necessitas vrgeret, premeretur; si Nestorius insanire pergeret, offerretur. Porro autem Cyrilli nomine offerendum fuisse, ex eo credo aliquos dixisse, quod in illo videretur Cyrillus petere ab Imperatore, ne judicem haberet Nestorium de libellis, quos accusatores dedissent.

Verum vt hac de re tota, aperiam quid sentiam, assero primum, falli opinione sua, sive qui hunc librum putant eundem esse cum obtestatione proposita Constantinopoli, de consensione Nestorii cum Samosateno; sive qui obtestationis auctorem faciunt Cyrillum: nam publicata est illa, & vno fere anno antequam scriberetur epistola, de qua agimus, & ab Eusebio Dorylæi postmodum Episcopo, & ad Nestorium publice hæresis postulandum. Cum tamen Cyrillus in Græco textu dicat, se libellum suppressisse, quomodo ab aliis compositus fuerat, aliisque verbis emendatum dictasse, ne quereretur Nestorius se apud Imperatorem hæresis postulari: quidquod obstestatio nec vllam habet speciem libelli precum ad principem, nec Imperatori oblata est, sed proposita palam omnibus in vrbe regia versantibus.

Assero deinde, totam hanc libelli historiam videri posse non nemini suspectam, nec sine ratione, cum nullo alio in loco fiat ejus mentio: nam quod veniat forte in mentem alicui, id totum intelligi debere de supplicatione Basilii aliorumque monachorum Theodosio data, nullam habet similitudinem veri; siquidem in libello cavetur, ne accusari apud Imperatorem hæresis Nestorius videatur: accusatur aperte in supplicatione. In libello Cyrillus detrectat judicium Nestorii, expresso inimicitiarum modo: nihil horum in supplicatione legitur. In libello Cyrillus suo nomine locuturus erat; in supplicatione pro se agunt monachi.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Si quis tamen putet totum id quod de libello scribitur, ad supplicationem monachorum pertinere, dicat visam fuisse Constantinopolitanis omittendam emendationem Cyrilli, propter insanam Nestorii, tum in spargendo errore, tum in vexandis adversariis pertinaciam, ob quam aperte in crimen hæresis vocandus esset.

Dicat & postulationem œcumenici concilii idoneam esse declinationem causæ apud Nestorium dicendæ, fuisseque prudentiæ singularis, non tantum postulare judicium monachorum nomine, non item Cyrilli; sed etiam Cyrillum inter Patres fidei testes numerare, quo Nestorii adversarius declararetur, atque adeo alterius judicio obnoxius. Quod autem sine magnificis, vt tamen moserat, titulis appelletur, indicium non dubium forte videbitur, visam a Cyrillo supplicationem fuisse, sed præ modestia suis laudibus quasi repurgatam.

Existimo denique, nec sine ratione, epistolam a Cyrillo perinde scriptam reipsa, atque a Mercatore in Latinum versa est; assumentum vero Græcum nihil aliud esse, quam commonitorium seu schedulam, quam eidem libello, vt fit, Cyrillus, cum remitteret, adjunxerit, quamque aliquis non intelligentissimus partem esse epistolæ crediderit, cui, ne duas haberet clausulas, propriam sustulerit, vt insereret alienam.

Verum ne quid eorum quæ legi solent, desideretur hoc in loco, schedulam Græce, Latineque exhibemus, sed suo nomine inscriptam.

COMMONITORIUM
EPISTOLÆ SUBJUNCTUM.

LIBELLUM supplicem a vobis ad me missum, qui Imperatori porrigendus est, non tamen sine nostra sententia, accepi & legi: verum quod prolixe in eum invehatur, qui istic agit, sive fratris, sive alio quocumque nomine censeatur, hactenus suppressi, ne adversum nos insurgens, se per nos hæreseos apud Imperatorem delatum cavilletur. Itaque aliis verbis illum dictavimus, eum quoque nobis judicem detrectantes, expresso inimicitiarum modo, & præsentem controversiam, si omnino importuni esse perrexerint, ad aliud forum transferri rogantes. Cum itaque libellum perlegeritis, si qua necessitas poposcerit, tradite; & si eum in hisce insidiis perseverantem, & nihil non adversum nos molientem animadverteritis, diligenter perscribite. Eligam enim viros pios ac prudentes, cum Episcopos, tum monachos quoque, quos etiam primo quoque tempore ad vos mittam. *Neque enim oculis meis*, vt scriptum est, *somnum dabo, neque palpebris meis dormitationem, neque requiem temporibus meis*, donec certamine pro omnium salute perfunctus fuero. Quare cum meam nunc sententiam didiceritis, viriliter agite. Quam primum enim parabuntur a me literæ, & quales oportet, & ad quos oportet. Statui enim propter Christi fidem quemvis laborem subire, quævis quoque perferre tormenta, etiam ea quæ inter supplicia censentur gravissima, donec tandem mortem, hac de causa susceptam, mihi jucundam pertulero.

Ps. 131. v. 4.

Τὸ δέ γε ἀρεσκόμενον τῆς δεήσεως ὃ πρὸς ὑμᾶς ἀποστελὲν ὡς ὀφείλῃ ὑπεδεξάμην μὲν βασιλῆ, οὐκ αὖθις δὲ γνώμης ὑμᾶς, λαβὼν ἀνέγνων. ὑπὲρ ὃ πολλὰ εἶχε καταδρομὴν κατὰ τοῦ ἀκόντος ἢ ἀδελφοῦ, ἢ πῶς δὴ εἴποιμι, τέως ἐπέχον, ἵνα μὴ ἐπιφέροιτο ἡμῖν λέγων, κατηγορήσατέ μου ὑπὲρ τοῦ βασιλέως, ὡς αἱρετικοῦ. κατηγορήσαμεν δὲ ἑτέρως, μετὰ τοῦ καὶ πρᾳοτέρας τὴν αὐτοῦ κρίσιν, εἰπόντες καὶ τὴν ἔχθραν τὴν ὕπνον, καὶ τὴν δίκην μεταπέσαι, εἰ δοκοῖεν ὅλως ἀκόντες, εἰς ἑτέρους ἀφιγμένας. διαγνόντες κρίνω ὃ ἀρεσκόμενον, ὑπόδοτε, εἰ καλέσῃς χρεία. κἂν ἴδοιτε ὅτι ὑπόβουλον ἐμμένει, καὶ δίκης πάντα κινεῖ ὕπνον τὴν καθ' ὑμᾶς ὁρᾶν, ἀποδιάσας χράφατε. καὶ ὑπολεξάμενος ἄνδρας εὐλαβεῖς καὶ φρονίμους, ὑπισκόπους τε καὶ μονάζοντας, ὀξαποστελῶ πρὸς τῷ κειρῷ. Οὐ γὰρ μὴ δώσω ὕπνον, καὶ ὃ γεγραμμένον, τοῖς ὀφθαλμοῖς μου, καὶ τοῖς βλεφάροις μου νυσταγμὸν, καὶ ἀνάπαυσιν τοῖς κροτάφοις μου, ἕως οὗ ἀγωνίσωμαι τὴν ὑπὲρ τῶν ἀπάντων σωτηρίας ἀγῶνα. Τοιγάρτοι μεμαθηκότες τὴν ἐμὴν γνώμην, ἀνδρίσασθε. ἤδη γὰρ καὶ γλυκύνον) περὶ ἡμᾶς γράμματα, ἃ δεῖ, καὶ πρὸς οὓς δεῖ. σκοπὸς γάρ μοι ἕνεκα τοῦ εἰς Χριστὸν πίστιν καὶ κάμνειν, καὶ ὑποστῆναι πάντα ὁποῖα τὴν νομιζομένων εἶναι δεινὰ ἐν βασάνοις, ἕως οὗ καὶ τὸν ἡδύν μοι ἕνεκα τοῦτο ὑπομείνω θάνατον.

SECUNDA

SECUNDA NESTORII EPISTOLA AD S. CYRILLUM ALEXANDRINUM RESCRIBENTIS,

similiter ex Græco sermone translata in Latinum a Mario Mercatore.

HÆc epistola missa est ann. 430. post Pascha. Respondet enim secundis literis, quas Alexandria Cyrillus Constantinopolim dedit ad Nestorium, mense Mechir, Indictione XIII.

De hac ipsa Nicephorus scribit in hæc verba, alias scrupulosius examinanda: *Cyrillus Nestorii literis ingentes hæresis fluctus eructantibus acceptis, cum quaternionibus quibusdam aliis, provincialem Alexandriæ synodum congregavit, atque mutuas utriusque epistolas exhibuit, quarum exempla synodique ipsius decreta, ad veteris Romæ Episcopum Celestinum misit.* Lib. 14. c. 33. Differt. de Synod.

Ejusdem exemplum a Cyrillo primum per Possidonium diaconum, a Nestorio deinde ad sanctum Celestinum transmissum est: illud quidem ex epistola Cyrilli ad Celestinum; istud ex tertia epistola Nestorii ad eundem constat.

Lecta est in concilio Ephesino, & cum anathemate in auctorem a metropolitis primum singulatim dicentibus sententiam reprobata; ab aliis deinde conclamantibus in hæc verba: *Omnes Nestorii epistolam, & dogmata anathematizamus; omnes Nestorium hæreticum anathematizamus.* Relecta quoque & damnata in concilio Calchedonensi. Part. 1. conc. Eph. act. 1.

Ex ea vero verbisque auctorum ipsius mentionem facientium, multa intelligere licet ad hæresis Nestorianæ, & historiæ penitiorem intelligentiam conducentia, quæ suis singula locis exponenda sunt.

ΤΑΣ μὲν καθ' ἡμῶν ὕβρεις τῶν θαυμαστῶν σου γραμμάτων ἀφίημι, ὡς μακροθυμίας ἀξίας ἰατρικῆς, καὶ τὸ λοιπὸν τῶν τοιαύτων γραμμάτων αὐτῶν καιρὸν τοῖς αὐτοῖς ἀποκρίσεως· ὁ δέ γε σιωπῶν οὐκ ἀνέχει, ὡς μέγα φέρει, εἰ σιγηθείη, τὸ κίνδυνον, φύσει, καθὼς δὴ οἷός τε ὤν, ὁ τοῖς μακρολογίαν ἀποτεινόμενος, ποιήσεται πειράσομαι τὴν δίκησιν συντόμων, τὸν τῆς σκοτεινῆς καὶ δυσπόρου μακρηγορίας ναυπαγὸν φυλαττόμενος.

Ἀρξομαι γὰρ ἀπὸ τῶν πεμπτόφων τῆς σῆς ἀγάπης φωνῶν, αὐτοῖς αὐτολεξεὶ τοῦδε λέγω· τίνες τίνων αἱ τῆς θαυμαστῆς σου τῶν γραμμάτων διδασκαλίας φωναί; Η ἁγία, φησὶ, & μεγάλη συνόδος, αὐτὸν τὸν ἐκ Θεοῦ παῖδα κατὰ φύσιν ἡνωμένα εἰδὸν μονογενῆ, τὸν ἐκ Θεοῦ ἀληθινοῦ Θεὸν ἀληθινόν, ὃν φῶς ὃν ἐκ τοῦ φωτὸς, τὸν δι' οὗ τὰ πάντα πεποίηκεν ὁ πατὴρ, κατελθεῖν, σαρκωθῆναι, ἐνανθρωπῆσαι, παθεῖν, ἀναστῆναι.

Ταῦτα τῆς σῆς θεοσεβείας τὰ ῥήματα, καὶ γραφείσης ἴσως τὰ σά. ἄκουε γὰρ τὰ πρὸς ἡμῶν, ἀδελφικῶς ὑπὲρ εὐσεβείας τοῦδε λέγοντες, καὶ ἐν ὁ μέγας ἐκεῖνος Παῦλος ὁ φιλουμένῳ πρὸς αὐτὸν Τιμοθέῳ διεμαρτύρατο· Πρόσεχε τῇ ἀναγνώσει, τῇ παρακλήσει, τῇ διδαχῇ. τοῦτο γὰρ ποιῶν, καὶ σεαυτὸν σώσεις, & τοὺς ἀκούοντάς σου. τί δὲ μοι τὸ,

I. Exordium a reprehensione literarum Cyrilli, & causa rescribendi.

INJURIAS quidem tuarum adversum nos admirabilium literarum, tanquam medicinali dignas patientia, & pro re ac tempore opportuna ad has responsione relinquam: quod vero silentium non patitur, quia affert periculum, si taceatur, prout sum, & mihi facultas adest, ad tui prolixitatem sermonis tentabo breviter & compendio respondere, refugiens & declinans tenebrosum indigestumque longi sermonis horrorem.

II. Refert Cyrilli verba de concilio Nicæno.

Incipiam namque a sapientissimis caritatis tuæ vocibus, ipsas interponens, vel potius ad verbum instruens: *Sanctum namque*, ais, *& magnum concilium, ipsum ex Deo Patre genitum secundum naturam, unicum filium, Deum verum de Deo vero, lumen de lumine, per quem omnia creavit Pater, descendisse, incarnatum esse, atque hominem factum, passumque & resurrexisse definivit.*

III. Eumq; ignorantiæ accusat.

Hæc tuæ religionis verba sunt, & recognoscis profecto tanquam tua: audi nunc & nos fraternam pro pietate offerentes exhortationem, hanc videlicet, quam senex ille Paulus carissimo suo Timotheo protestatus est dicens: *Attende lectioni, exhortationi, doctrinæ; hoc enim faciens, & te salvabis, & eos qui te audiunt.* 1. Tim. 4. v. 16. Quid igitur, dic mihi tu, vult ista vox

attende? Sanctorum nempe illorum in superficie legens traditionem, venia dignam tibi inesse ignorantiam ignorasti, passibile eos dixisse arbitratus Verbum, quod Patri est coæternum.

IV. Et docere audet.

Attentius ergo, si placet, hæc verba rimare, & invenies divinum illum Patrum conventum, non illam consubstantivam deitatem dixisse esse passibilem; neque de recenti natam hanc, quæ Patri est consempiterna; neque istam resurrexisse, quæ templum suscitavit solutum.

Si mihi medicinam fraternam offerenti aures admoveas, ipsas tibi voces illorum interponens Patrum, a calumniæ te nexu, quam illis ingerere niteris, & per illos scripturis, absolvam.

V. Patres ait non Verbo, sed Christo & filio Dominoque humilia tribuisse.

Credimus, inquiunt illi, *& in Dominum nostrum* JESUM CHRISTUM, *filium ejus unigenitum*. Pervide, quomodo Domini, & JESU CHRISTI, & vnigeniti filii prius, communia deitatis nomina, tanquam fundamenta ponentes, tum suscepti hominis, & resurrectionis, & passionis superædificant traditionem, vt nominibus quibusdam vtriusque naturæ communibus, & significativis positis, neque ea quæ generationis filii & dominationis, dissecentur; neque ea, quæ naturarum sunt propria, in singularitate nativitatis filii, vlla confusionis abolitione periclitentur, nomine vnionis.

Locus hic nonnullis præbuit occasionem errandi. Vide notas.

VI. Idque confirmat testimonio Apostoli.

In hoc apud illos Paulus doctor est factus, qui cum divinæ Incarnationis memoriam faceret, incipiens subjungere, quæ sunt passionis, prius posuit, *Christus*, commune, vt paulo ante dixi, nomen naturarum; tunc decentem infert sermonem sive rationem vtriusque. etenim ait: *Hoc sentiatur in vobis, quod & in Christo* JESU, *qui cum in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est, esse se æqualem Deo;* sed ne ad vnum quodque loquar, *factus obediens vsque ad mortem, mortem autem crucis.*

Philip. 2. v. 5.

VII.

Quoniam igitur cœperat mortis facere mentionem, vt nequis hinc Verbum Deum passibilem suspicaretur, posuit, *Christus*, tanquam passibilis & impassibilis essentiæ, in singularitate personæ, significativum vocabulum, vt impassibilis & passibilis Christus sine periculo nominetur: impassibilis quidem deitate, passibilis vero natura corporea.

Iste quoque locus refellit quosdam. Vide notas.

VIII. Brevitatis studio plura prætermittere se jactat.

Multa super hoc cum possim dicere, & primo quidem omnium, quod non divinitatis in dispensatione, sed susceptio-

πρόσχες, βούλει); ὅτι τὴν τῶν ἁγίων ἐκείνων ἐξ ὑπιπτούσης ἀναγινώσκων παράδοσιν, συγγνώμης ἀξίαν ἡγούμενος ἄγνοιαν, παθητὸν αὐτοῖς εἰρηκέναι νομίσας τὸν τῷ πατρὶ συναΐδιον λόγον.

Εἰκῇ δ', εἰ δοκεῖ, τοῖς ῥήσεσι ἀκριβέστερον· καὶ τὸν θεῖον ἐκεῖνον τῶν πατέρων σύλλογον, οὐ τὸν ὁμοούσιον θεότητα παθητὴν εἰρηκότα· οὐδὲ πρόσφατον γενομένην τὸν τῷ πατρὶ συναΐδιον· οὐδὲ ἀνεστάσθαι τὸν τὸν λελυμένον ναὸν ἀνεγείρασθαι.

Κἂν μοι τὰς ἀκοὰς εἰς ἀδελφικὴν ἰατρείαν παράσχῃς, αὐτάς σοι τὰς τῶν ἁγίων ἐκείνων φωνὰς παραθήσομαι, τὴν κατ' ἐκείνων ἀπαλλάξω συκοφαντίας, καὶ τὴν κατὰ τῶν θείων γραφῶν, δι' ἐκείνων.

Πιστεύομεν τοίνυν εἰς τὸν κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν, τὸν υἱὸν αὐτοῦ τὸν μονογενῆ. σκόπησον ὅπως, ὁ, κύριος, Ἰησοῦς, Χριστὸς, καὶ μονογενὴς, καὶ υἱὸς, πρότερον θέντες, τὰ κοινὰ τῆς θεότητος καὶ τῆς δεσποτότητος, ὡς θεμελίους, ὀνόματα, τότε τὴν τῆς ἀνανθρωπήσεως, καὶ τῶν παθῶν, καὶ τῆς ἀναστάσεως ἐποικοδομοῦσι παράδοσιν, ἵνα τῶν ὀνομάτων τῶν φύσεων ἑκατέρων κοινῶν ὄντων σημαντικῶν προσκειμένων, μή τε τὰ τῆς ὑότητος καὶ κυριότητος τέμνῃται, μή τε τὰ τῶν φύσεων τῶν τῆς ὑότητος μοναδικῷ συγχύσεως ἀφανισμῷ κινδυνεύῃ.

Τούτου γὰρ αὐτὸς παιδευτὴς ὁ Παῦλος γεγένηται, ὃς τὴν ἀνανθρωπήσεως τῆς θείας τοῦ μυήμου ποιούμενος, καὶ μὴν τὰ τῶν παθῶν ἐπάγων, πρότερον θεὶς, ὁ Χριστὸς, ὁ κοινὸν τῶν δύο, ὡς μικρῷ πρότερον ἔφην, τῶν φύσεων ὄνομα. πρόσαγε τὸν λόγον ἀμφοτέρας περιποιῆσαι τὴν φύσιν. οὐ γὰρ φησι; Τοῦτο φρονείσθω ἐν ὑμῖν, ὃ καὶ ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ, ὃς ἐν μορφῇ Θεοῦ ὑπάρχων, οὐχ ἁρπαγμὸν ἡγήσατο τὸ εἶναι ἴσα Θεῷ. ἀλλ' ἵνα μὴ τὰ καθ' ἕκαστον λέγω, ὑπήκοος ἐγένετο μέχρι θανάτου, θανάτου δὲ σταυροῦ.

Ἐπειδὴ γὰρ ἔμελλε τοῦ θανάτου μεμνῆσθαι, ἵνα μὴ τὸν Θεὸν λόγον ὑποδοίη τις παθητὸν ὑπολάβοι, φησὶ, ὁ, Χριστὸς, ὡς τὴν ἀπαθοῦς καὶ παθητῆς οὐσίας ἐν μοναδικῷ προσώπῳ προσηγορίαν σημαντικόν· ὅπως καὶ ἀπαθὴς ὁ Χριστὸς, καὶ παθητὸς ἀκινδύνως καλοῖτο. ἀπαθὴς μὲν θεότητι, παθητὸς δὲ τῇ τοῦ σώματος φύσει.

Πολλὰ λέγειν περὶ τούτου δυνάμενος, καὶ πρότερόν γε ὅ, μηδὲ οἰκονομίας ὅτι τὴν οἰκονομίας, ἀλλ'

ἀναιδεστάτοις τοῖς ἁγίοις ἐκείνοις μεμεμνῆσθαι πατέρας· τὴν τῆς βραχυλογίας ἐν τοῖς μέροις ὑπόσχεσιν χαλινοῦσθαι τὸν λόγον ἀξιοῦμεν.

Καὶ πρὸς τὸ δεύτερον τῆς σῆς ἀγάπης κινοῦσθαι χρῆ, ἐν ᾧ καὶ τὴν τῶν φύσεων ἐπήνουν διαίρεσιν, καὶ τὴν τῆς αὐθεντότητος καὶ θεότητος λόγον, καὶ τὴν τοῦτων εἰς ἑνὸς προσώπου συναφείαν· καὶ τὸ, τὴν Θεοῦ λόγον δευτέρας ἐκ γυναικὸς μὴ φάσκειν δεδεῆσθαι γενέσεως· καὶ τὸ, παθοῖς ἀνεπίδεκτον ὁμολογεῖν τὴν θεότητα. ὀρθόδοξα γὰρ, ὡς δηλῶς, τὰ τοιαῦτα, καὶ τὴν τῶν αἱρέσεων πασῶν, πρὸς τὰς δεσποτικὰς φύσεις, εἰναντία κακοδοξίας.

Τὰ δὲ λοιπὰ, εἰ μόν τινα σοφίαν κεκρυμμένην ἐπήγετο τὴν τῶν ἀναγινωσκόντων ἀκοὰς ἀκαταλήπτον, τὴν σῆς ὅστιν ἀκριβείας εἰδέναι· ἐμοὶ γοῦν τὰ πρῶτα καταστρέφειν ἐδόκει. τὸ γὰρ ἐν τοῖς πρώτοις ἀπαθῆ κηρυττόμενα, καὶ δευτέρας γενέσεως ἄδικτον, πάλιν παθητὸν καὶ νεόκτιστον, οὐκ οἶδ' ὅπως εἰσῆγε, ὡς τῇ τῷ φύσει τῷ Θεῷ λόγῳ προσόντων, τῇ τοῦ ναοῦ συναφείᾳ διεφθαρμένων, ἢ μικροῦ τινος τοῖς ἀνθρώποις νομιζομένου, τὸ τὴν ἀναμάρτητον ναὸν, καὶ τῆς θείας ἀχράντου φύσεως, τὴν ὑπὲρ ἁμαρτωλῶν γένεσίν τε, καὶ τελευτὴν ὑπομεῖναι, ἢ πρὸς θέσθαι τῆς δεσποτικῆς οὐκ ὀφλεμένης φωνῆς, πρὸς Ἰουδαίους βοώσης· Λύσατε τὸν ναὸν τοῦτον, καὶ ἐν τρισὶν ἡμέραις ἐγερῶ αὐτόν. οὐ· Λύσατέ μου τὴν θεότητα, καὶ ἐν τρισὶν ἡμέραις ἐγερθήσεται.

Πάλιν πλατύνειν κἀνταῦθα βουλόμενος, τῇ τῆς ἐπαγγελίας ἀνασχέλλομεν μνήμη. ῥητέον οὖν ἡμῖν, βραχυλογία χρησάμενον. πολλαχοῦ τῆς θείας γραφῆς, ἡνίκα δὴ μνήμην τῆς δεσποτικῆς οἰκονομίας ποιῆται, γενέσεις ἡμῖν καὶ πάθος οὐ τῆς θεότητος, ἀλλὰ τῆς αὐθεντότητος τοῦ Χριστοῦ παραδίδοῦ· ὡς καλῶς καὶ ἀκριβεστέραν προσηγορίαν, τὴν ἁγίαν παρθένον, Χριστοτόκον, οὐ Θεοτόκον.

Ἀκουέ γοῦν τοῦτό γε τῆς εὐαγγελίου βοώντων· Βίβλος, φησὶ, γενέσεως Ἰησοῦ Χριστοῦ, υἱοῦ Δαβὶδ, υἱοῦ Ἀβραάμ. δῆλον δὴ, ὅτι τοῦ Δαβὶδ υἱὸς ὁ Θεὸς λόγος οὐκ ἦν. δέχου καὶ ἄλλο, εἰ δοκεῖ, μαρτυρίαν· Ἰακὼβ δὲ ἐγέννησε τὸν Ἰωσὴφ, τὸν ἄνδρα Μαρίας, ἐξ ἧς ἐγεννήθη Ἰησοῦς, ὁ λεγόμενος Χριστός. σκόπει πάλιν ἑτέραν ἡμῖν διαμαρτυρομένου φωνὴν· Τοῦ δὲ Ἰησοῦ Χριστοῦ ἡ γένεσις οὕτως ἦν. μνηστευθείσης γὰρ τῆς μητρὸς αὐτοῦ Μαρίας τῷ Ἰωσὴφ, εὑρέθη ἐν γαστρὶ ἔχουσα ἐκ πνεύματος ἁγίου. κτίσμα

nis humanitatis tantum meminisse sanctos illos Patres, ostendere valeam. Sed recordor brevitatem orationis in præfatione promissam, & eam sentio frænare sermonem.

IX. Laudat maligne dicta quædam Cyrilli.

Venio nunc & ad secundum a caritate tua articulum motum, in quo naturarum quidem laudabam factam discretionem secundum deitatis & humanitatis rationem, & in vna persona consortium: necnon & illud, quod Deum Verbum secunda nativitate ex muliere minime dicebas eguisse; quodque passionis incapacem profitebaris deitatem: catholica enim revera sunt hæc, & omnino sectis omnibus contra dominicas naturas adversa.

Hic locus etiam decepit aliquos. Vide notas.

X. Sed ipsum statim contradictionis arguit.

In reliquis vero, si aliquam latentem, & profundam, atque incomprehensibilem rationem legentium auribus afferas, tuæ sit examinare prudentiæ. Scite enim mihi priora videbaris destruere, cum eum, qui imprimis impassibilis, & secundam non recipere nativitatem fuerat prædicatus, iterum passibilem, & noviter creatum, nescio quomodo inferebas: tanquam, quæ Deo Verbo naturaliter inessent, consortio templi corrupta sint, aut oporteat forsitan pro nihilo ab hominibus putari, illud ipsum absque peccato templum, & inseparabile a divina natura, nativitatem & mortem pro peccatoribus non pertulisse; tanquam etiam voci dominicæ ad Judæos clamanti: *Solvite templum hoc, & in triduo suscitabo illud;* non debeat credi. Non dixit: Solvite, divinitatem meam, & in triduo suscitabitur.

Ioan. 2. v. 19.

XI. Χριστοτόκον potius quam Θεοτόκον appellandam Virginem sanctam contendit.

Iterum me hic orationem dilatare cupientem ad professionem brevitatis promissæ recordatio revocat; dicam tamen aliquid. Ubique per divinas scripturas, quoties meminerunt dominicæ dispensationis, non divinitatis Christi, sed humanitatis ejus, passio & nativitas traditur, vt secundum liquidissimam rationem convenientius ac aptius sit, sanctam Virginem, non genitricem Dei, id est, Θεοτόκον, sed Christi genitricem, id est, Χριστοτόκον vocari.

XII. Probatque multiplici testimonio Evangelistarum & Apostolorum.

Ad hæc Evangelista quoque vociferante: *Liber generationis* JESU CHRISTI, *filii David, filii Abraham;* evidens est, quia Deus Verbum Davidis non erat filius. Accipe, si videtur, & aliud testimonium: *Iacob autem genuit Ioseph, virum Mariæ, de qua natus est* JESUS, *qui dicitur Christus.* Intende in aliud dictum: *Christi autem generatio sic erat. Cum esset desponsata virgo Maria, inventa est in utero habens de Spiritu sancto.* Creaturam

Matth. 1. v. 1. Ibid. v. 16.

Ibid. v. 18.

autem Spiritus sancti Unigeniti deitatem, quis possit vel debeat suspicari? Quid etiam his superfundi debeat? audi iterum: *Et erat mater* JESU *ili.* Et iterum: *Cum Maria matre* JESU. Illud quoque: *Quod in ea natum est, de Spiritu sancto est.* Et iterum: *Accipe puerum & matrem ejus, & fuge in Ægyptum.* Et illud: *De filio ejus unigenito, qui factus est ei ex semine David secundum carnem.* Et iterum de passione ejus: *Quia Deus filium suum misit in similitudinem carnis peccati, & de peccato damnavit peccatum in carne.* Et iterum: *Christus mortuus est pro peccatis nostris.* Et denuo: *Christo passo in carne.* Et illud: *Hoc est corpus meum, & hic sanguis meus.* Non dixit: Hæc est deitas mea.

Ioan. 2. v. 1. Act. 1. v. 14. Matth. 1. v. 20 Matth. 2. v. 13. Rom. 1. v. 3. Rom. 8. v. 3. 1. Cor. 15. v. 3. 1. Petr. 4. v. 1. Luc. 22. v. 19.

XII. Atque etiam ipsiusmet Christi.

Et decem millia alia sunt, aliis atque aliis vocibus protestantibus humanum genus, non filii deitatem recentem putare, aut novellam, aut corporalium passionum esse capacem, sed illam divinæ naturæ conjunctam carnem, ex qua filium se David nominat Christus. Quid enim ait? *Quid vobis videtur de Christo? cujus est filius? Responderunt, David. Respondit* JESUS *& dixit: Quomodo ergo David in spiritu Dominum eum vocat, dicens: Dixit Dominus Domino meo: Sede ad dextram meam?* Est filius profecto David secundum carnem, secundum divinitatem vero Dominus. Esse quidem templum divinitatis Filii corpus, & templum secundum excellentem quandam & divinam vnitum conjunctionem, certissimum est, ita vt ea, quæ sunt Dei, adsciscere sibi, & ad se revocare divinam naturam, profiteri sit bonum, & dignum evangelica traditione.

Matth. 22. v. 42.

XIII. Accusat Cyrillum consensionis cum Apollinario & Atio.

Hujus autem familiaritatis nomine affricare, & conjunctæ carnis proprietates, generationem scilicet, & passionem, & mortalitatem Deo tribuere, aut errantis gentilitatis, frater, est sensus, aut mente capti Apollinaris & Arii, aut reliquarum pestium hæreticarum, & his aliquid pejus: necesse est enim hujusmodi homines, attractos familiaritatis nomine, & lactationis socium propter familiaritatem; & ætatis, quæ paulatim accessit, incrementorum participem Deum Verbum facere; & passionis in tempore, ex timiditate auxilii angelici indigentem.

XIV.

Taceo circumcisionem & sacrificium, & sudorem, & famem, quæ quidem carni pro nobis evenerunt: hæc tamen, cum illi conjunguntur, etiam adoranda sunt: in deitate autem ista & jam mendaciter accipiuntur, & nobis tanquam

ὑ τῶ πνεύματος, τίς ἀν ὑποπτεύσῃ ἢ τῶ μονογενοῦς θεότητα; ἢ δεῖ λέγειν τί; Ἦν ἡ μήτηρ τῶ Ἰησοῦ σὺν ἐκεῖ. καὶ πάλιν· Τὸ σὺν Μαρίᾳ τῇ μητρὶ τῶ Ἰησοῦ. καὶ τό· Τὸ ἐν αὐτῇ γεννηθὲν, ἐκ πνεύματός ἐστιν ἁγίου. καὶ τό· Λάβε τὸ παιδίον, καὶ τὴν μητέρα αὐτῶ, καὶ φεῦγε εἰς Αἴγυπτον. καὶ τό· Περὶ τῶ υἱοῦ αὐτῶ τῶ γενομένου ἐκ σπέρματος Δαβὶδ κατὰ σάρκα· καὶ τὸ περὶ τῶ παθοῦς αὖθις· Ὅτι ὁ Θεὸς τὸν υἱὸν αὐτῶ ἀπέστειλεν ἐν ὁμοιώματι σαρκὸς ἁμαρτίας, καὶ περὶ ἁμαρτίας κατέκρινε τὴν ἁμαρτίαν ἐν τῇ σαρκί. καὶ πάλιν· Χριστὸς ἀπέθανεν ὑπὲρ τῶν ἁμαρτιῶν ἡμῶν. καὶ· Χριστοῦ παθόντος σαρκί. καὶ· Τοῦτό ἐστιν, οὐχ ἡ θεότης μου, ἀλλὰ τὸ σῶμα τὸ ὑπὲρ ὑμῶν κλώμενον εἰς ἄφεσιν ἁμαρτιῶν.

Καὶ μυρίων ἄλλων φωνῶν διαμαρτυρομένων τῶν ἀνθρώπων τὸ γένος, μὴ τὴν τῶ υἱοῦ νομίζειν θεότητα νεόφυτον, ἢ παθοῦς σωματικοῦ δεκτικὴν, ἀλλὰ πεῦ συνηνωμένην τῇ φύσει τῶ θεότητος σαρκα. ὅθεν καὶ κύριον τῶ Δαβὶδ ἑαυτὸν ὁ Χριστὸς, καὶ υἱὸν ὀνομάζει. Τί γὰρ ὑμῖν δοκεῖ περὶ τῶ Χριστοῦ, φησὶν; Τίνος ἐστὶν υἱός; λέγουσιν αὐτῶ· Τοῦ Δαβίδ. ἀπεκρίθη ὁ Ἰησοῦς, καὶ εἶπεν αὐτοῖς· Πῶς οὖν Δαβὶδ ἐν πνεύματι κύριον αὐτὸν καλεῖ, λέγων· Εἶπεν ὁ κύριος τῷ κυρίῳ μου, κάθου ἐκ δεξιῶν μου; εἰ υἱὸς ὢν τῶ Δαβὶδ πεῦτας κατὰ σάρκα, κατὰ δὲ τὴν θεότητα κύριος. εἰ μὲν οὖν τῆς υἱοῦ θεότητος τὸ σῶμα ναὸν, καὶ ναὸν κατ' ἀξίαν τινὰ καὶ θείαν κεκοινωνηκὸς σεκαφῶν· ὡς οἰκειοῦσθαι τὰ τούτου πεῦ τῆς θεότητος φύσιν ὁμολογεῖν, καλὸν καὶ τὴν εὐαγγελικὴν παραδόσεων ἄξιον.

Τὸ δὲ δὴ τῶν τὴν οἰκειότητος προσρήσεν ὀνόματι, καὶ τὰς τῆς συνηνωμένης σαρκὸς ἰδιότητας, γέννησιν λέγω, καὶ πάθος, καὶ νέκρωσιν, ἢ πλανεμένης ἐστὶν ἀληθῶς καθ' Ἕλληνας, ἀδελφὲ, διανοίας, ἢ τὰ τῶ φρενοβλαβοῦς Απολιναρίου, καὶ Αρείου, καὶ τῶν ἄλλων νοσούσης αἱρέσεων· μᾶλλον δὲ, ὅτι κἀκείνων βαρύτερον. διὰ τὴν γὰρ τὴν οἰκειότητος τοῖς τοιούτοις παραγενομένοις ὀνόματι, γαλακτοτροφίας κοινωνὸν διὰ τὴν οἰκειότητα τὸν Θεὸν λόγον ποιεῖν, καὶ τῆς κατὰ μικρὸν αὐξήσεως μέτοχον, καὶ τὴν ἐν καιρῷ τῶ παθοῦς καιρῷ δειλίας τε καὶ βοηθείας ἀγγελικῆς ὑπεῖδεᾶ.

Καὶ σιωπῶ περιτομὴν, καὶ θυσίαν, καὶ ἱδρῶτας, καὶ πεῖναν, καὶ δίψαν, ἃ τῇ σαρκὶ μὲν ὡς δι' ἡμᾶς συμβεβῶτα, προσκυνητῶς συναπόλυμεθα· ὅτι δὲ τῆς θεότητος, ταῦτα καὶ ψευδῆ λαμβανόμεθα, καὶ ἡμῖν, ὡς

συκοφάντας, δικάς καταχείρωσιν αἴτια.

Αὗται τῶν ἁγίων πατέρων αἱ παραδόσεις· ταῦτα τῶν θείων γραφῶν τὰ παραγγέλματα· οὕτω τις καὶ τὰ τῆς φιλανθρωπίας τοῦ θείας, καὶ τὰ τῆς αὐθεντίας θεολογεῖ. Ταῦτα μελέτα, ἐν τούτοις ἴσθι, ἵνα σου ἡ προκοπὴ φανερὰ ᾖ πᾶσι, καὶ πρὸς πάντας, καθὰ ὁ Παῦλός φησι.

Τῆς δέ γε τῶν σκανδαλιζομένων φροντίδος, καλῶς μὲν ποιεῖς αἰτιαζόμενος, καὶ χάριν τῇ τῶν θείων μεμνημένῃ σου ψυχῇ, καὶ τὰ περὶ ἡμῶν φρονούσῃ. γίνωσκε δὲ πεπλατυμένον σαυτὸν ἀπὸ τῶν τοῦ σῆς ἴσως ἀληθείας κλεινῶν, ἀπὸ τῶν ἐκείθεν ἀπὸ τοῦ ἁγίας συνόδου καθηρημένων, ὡς τὰ Μανιχαίων φρονούντων. Τὰ γὰρ τῆς ἐκκλησίας καθ' ἑκάστην προκόπτει, καὶ τὰ τῶν λαῶν εἰς ὀρθόδοξα τοσαύτῃ ἀφ' ἧς τοῦ Θεοῦ χάριν, ὡς τὰ τοῦ προφήτου, βλέποντας τὰ πλήθη βοᾷν· Πλησθήσεται ἡ γῆς τοῦ γνῶναι τὸν κύριον, ὡς ὕδωρ πολὺ καταχαλύψαι θαλάσσας.

Τά τε τῶν βασιλέων εἰς ἀταραξίαν χαρᾶς, πεφωλισμένων τοῦ δόγματος· καὶ ἵνα συνάγων ὀλιγείλω, ἐκείνῳ ἐπὶ τοῦ πολεμίοις ἁπάσας αἱρέσεσι, καὶ τῇ τοῦ ἐκκλησίας ὀρθοδοξίᾳ, καθ' ἑκάστην δύσεις τις δὴ περὶ ἡμῶν τὸν φωνὴν πληρουμένων· Ο οἶκος Σαοὺλ ἐπορεύετο, καὶ ἠσθένει. καὶ ὁ οἶκος Δαβὶδ ἐπορεύετο, καὶ ἐκραταιοῦτο. Ταῦτα περὶ ἡμῶν ὡς ἀδελφοῖς πρὸς ἀδελφὸν συμβουλεύομεν. Εἰ δέ τις δοκεῖ φιλοτιμεῖν, κεκραγέτω καὶ δι' ἡμῶν πρὸς τὸν Τιμόθεον ὁ Παῦλος· Ἡμεῖς τοιαύτην συνήθειαν οὐκ ἔχομεν, οὐδὲ αἱ ἐκκλησίαι τοῦ Θεοῦ. πάντων πλὴν σὺν τοῖς ἀδελφότητα, ἐγώ τε, καὶ οἱ σὺν ἐμοὶ, πλεῖστα προσαγορεύομεν. ἐρρωμένος, καὶ ἀπαθυνόμενος ἡμῶν ἀφαντεῖσίς, πάντα μοι ὑμιώπατε καὶ φιλέσατε.

calumniatoribus justas damnationis causas important.

Hæ sanctorum Patrum traditiones, hæc scripturarum mandata sanctarum: sic illi, quæ sunt divinæ misericordiæ & auctoritatis, secundum Deum ratiocinantur: *Hæc meditare, in his esto, vt profectus manifestus sit.* Paulus ista omnibus dixit. XV. Et hortatur ad meditanda. Patrum dicta. 1. Tim. 4. v. 15.

Bene autem facis, eorum qui de nobis offenduntur, curam gerere, & de his solicitudinem habere, quæ apud nos sunt. Unanimitati tuæ gratiam habeo; scito autem seductum esse te ab his, qui a sancto concilio depositi sunt, propter quod morbo Manichæorum essent repleti; aut quod potissimum est, a clericis magis affectionis tuæ. Nam quæ ad Ecclesiam nostram pertinent, quotidie augentur in melius; & quæ ad plebem, noveris in majorem extendi profectum, per gratiam Christi, in tantum, vt multitudo hæc vocibus Prophetæ clamet: *Replebitur terra scientia Domini, sicut aqua multa cooperiens maria.* Isai. 11. v. 9. XVI. Multa interim mentitur de bono suæ Ecclesiæ statu, domoque regia sibi consentiente, &c.

Noveris & regiam domum, dilucidato dogmate, in magno gaudio degere; & vt paginæ finem faciam, illam de Ecclesia quoque apud nos super omnibus hæresibus, quæ adversus Deum litigant, vocem vide impleri: *Ibat domus Saul, & infirmabatur; ibat domus David, & confortabatur.* Hæc nostra tanquam fratris ad fratrem consilia; quod si quis contentiosus esse vult, clamabit per nos ei Paulus: *Nos talem consuetudinem non habemus, neque Ecclesia Dei.* 2. Reg. 3. v. 2. 1. Cor. 11. v. 16.

Obscurum indigestumque, &c.] Arguit Cyrilli epistolam, quasi quater in illo peccatum esset, obscuritate nimirum, perturbatione, prolixitate, & horriditate sermonis; simulque sibi adulatur per oppositionem, quippe cujus oratio perspicua sit, concinna, brevis, & nimium forte exculta. Quod autem objicit, Asiatici Alexandrinis exprobrare soliti erant.

Audi nunc et nos fraternam, &c.] Crimen a Cyrillo sibi objectum ficta exhortatione regerere conatur in Cyrillum, sed non pari jure: nam Nestorium omnes accusant negligentiæ in versandis Patrum libris, imo & eorumdem despicientiæ, quod tradit Socrates. Cyrillus vero laudatur velut πολυμαθέστατος, & Patrum curiosissimus sectator; & vero Nestorius Cyrillum ita criminatur, vt dicat superficie tenus legi ab ipso dicta Patrum, non item intelligi.

Non illam consubstantivam deitatem, &c.] Ut calumniam faceret Cyrillo, abstractum, quod ajunt, nomen pro concreto posuit: nam cum illud naturam, istud personam significet, neque idiomatum communio fieri possit in abstractis nominibus, propter naturarum inconfusam differentiam, sed in concretis tantum propter τῶν ὑποστάσεων personæ in duabus naturis subsistentis, invidia fiebat catholico doctori, quasi assereret passum esse Verbum in sua natura. Fiebat vero tanto persuasibilius, quanto Patres frequentius, cum secure loquerentur, nullis insidiantibus hæreticis, abstractis vsi videntur, cum deberent concretis.

Neque de recenti natam, &c.] Duæ sunt partes hæresis Photinianæ; altera, quod Christus non sit Deus consubstantivus Patri; altera, quod Verbum humanitati coævum, incœperit esse simpliciter ex sancta Virgi-

Prima pars objecta est Nestorio; secundam ipse regerit tacite in Cyrillum, ac si sentiret tunc primum extitisse Verbum, cum ex Virgine natum est carne.

In epist. de discrimine Nestorii a Samosateno. Vide notas.

Et vnigeniti filii &c.] Ex hoc loco potuit Mercator sumere quod asseruit, Verbum a Nestorio dictum ante Incarnationem Verbum tantum; post Incarnationem Filium. Qui porro contineret abusus iste nominum Christi, Domini, & Filii putissimum & subtilissimum hæresis venenum, videre licet in dissertatione de hac hæresi.

Num. 5. Num. 8.

In singularitate personæ, &c.] Locus hic, vt & alius præcedens, imo consequens, imprudentiores aliquos abduxit in errorem, quo dicerent, a Nestorio vnicam personam catholico sensu assertam. Dictum pluribus testimoniis sive Nestorii, sive etiam Cyrilli, firmare conati sunt; sed cum viderent reclamari in contrarium a doctoribus catholicis, sententiam suam ita scripto exposuerunt, vt revera retractarent. De singularitate illa personæ Nestoriana, vide dissertationem de hæresi Nestoriana, vbi aperimus ipsos fontes veneni sub hac specie latentis.

1 p. c. Eph. cap. 31.

Et de his solicitudinem, &c.] Hinc tamen criminatus est Cyrillum apud Imperatorem, quasi curiosius alienis rebus studeret. Unde Theodosius subiracunde ad Cyrillum: *Omnino vituperationem effugere non potest, eum qui tanto locorum intervallo a nobis disjungitur, curiosius in res nostras inquirere*, &c.

Noveris et regiam domum, &c.] Observavimus aliquando hunc locum occasionem Cyrillo dedisse, duos scribendi *de recta fide* libros; alterum ad Theodosium imperatorem, alterum ad Pulcheriam & sorores virgines. Unde & calumniam postmodum passus est, quasi tentasset hac diversitate librorum turbarum aliquid movere in regia familia, quam Nestorius innuit obscure consentire sibi, longe clarius, etiam post libros acceptos, Imperator in sacra jam citata. *Ne igitur clam te sit, quonam in statu res nostræ versentur, noris & Ecclesias & imperium conjuncta esse, nostraque accedente auctoritate, & Christi salvatoris aspirante providentia, magis subinde inter se coitura esse.*

Concilium, cujus Nestorius meminit.

A sancto concilio depositi sunt, &c.] Quo tandem a concilio? Miror a nemine in hunc vsque diem inquisitum fuisse in hæc verba, cum tamen omnium eruditorum manibus trita sit, oculisque lecta sæpius Nestorii epistola. Conandum aliquid in re tam obscura, sin minus indubitatum, saltem non improbabile ex singulis adjunctis eruere. Hinc enim refellitur popularis opinio, quæ multorum mentibus insedit, de Pelagianis Episcopis ab Orientalium conciliabulo Ephesino receptis.

Habitum est Constantinopoli.

Illud certe concilium, de quo agitur, qualecumque tandem sit, habitum est Constantinopoli, vnde scribebat Nestorius quod significat vox Græca ἐνταῦθα, hoc in loco. Habitum etiam procul dubio de more, id est, secundum canonem quintum Nicænum, vel ante Quadragesimam Paschæ, vel circa tempus autumni. Si enim convenisset præter morem, meminissent illius vtique scriptores, qui tam curiose versati sunt in scribendis Nestorianæ historiæ singulis minutissimis adjunctis. Solent vero silentio prætermitti ordinariæ synodi, nisi forte in iis gestum fuerit aliquid memoratu dignum.

Præsidente Nestorio Episcopis suæ provinciæ.

Præsedit Nestorius, quis enim alius in vrbe regia, cujus sedem tenebat, eamque αὐτοκεφάλου? Convenerunt Episcopi provinciæ, sic enim jubebat Nicænus canon. Convenisse vel ann. 429. autumni tempore; vel, quod longe credibilius, imo certum mihi videtur, ann. 430. ante Quadragesimam Paschæ, sive initio Februarii mensis, firmissima ratio demonstrat. Neque enim haberi potuit, aut priore anno, qui 428. cum necdum ferverent autumni tempore diffidia Nestorium inter & Cyrillum; aut anno posteriore, cum mentio fiat concilii in literis Nestorii, ipsæque literæ a Cyrillo Romam missæ sint, vna cum suis ad Nestorium scriptis, Cyrilloque Pontifex responderit die vndecimo Augusti ann. 430.

Ann. 429. sub finem, vel potius 430. sub initium.

Nonnulli damnati societatis cum Manichæis.

Actum in concilio de Manichæis ac Marcionistis, aut iis certe, qui Manichæorum morbo laborare dicerentur, quod ipse testatur Nestorius. Depositi sunt aliqui sententia concilii, quod dicerentur τῶν Μανιχαίων φρονοῦν. Qui vero sunt illi clerici? an Alexandrini, quod interpres Romanus significat? an Constantinopolitani potius, quod innuit Mercator: an vtrique, quod forte quispiam sentiret? certe textus Græcus Mercatori magis favet; neque vero sine gravissima querela Cyrillus factam suis injuriam tulisset.

Causa cur hac de re quæstio haberetur.

Causa cur in synodo ea de re ageretur, videtur non parum credibilis. Sub finem ann. 429. commonitorium Mercator adversus Julianum, aliosque Cælestianæ factionis Episcopos, qui ex Occidente pulsi ad vrbem regiam confugerant, Imperatori obtulerat. Imperator commonitorio lecto ejecerat Constantinopoli totum hoc genus hominum, Cælestiumque in primis reliquorum quasi caput. Nestorius ejici homines, qui ad se confugissent, & quorum querelas ad Imperatorem detulisset, moleste ferens, sive vt pareret instigantibus, sive vt afflictis non nihil solatii afferret, eos qui procellam excitassent in amicorum caput, in concilio suo Manichææ impietatis damnandos putavit. Solitos enim vel Cælestianos, vel Cælestianorum patronos, hancce calumniam facere catholicis, nemini ignotum est: notum vero cunctis, quibus Augustini libri non oscitanter lecti sunt, Pelagium catholicis, Julianumque comminatum damnationem ab orientalibus Ecclesiis, quoad dogma peccati originalis.

Scriptus canon, cujus meminit Gregorius M.

In hoc concilio par est credere, sancitum fuisse canonem, cujus meminit Gregorius magnus, quoque dicebatur anathema ei, qui assereret, *animam Adæ in peccato mortuam esse, cum diabolus in cor hominis non ingrediatur.* Sed vt conjectura hæc nostra probabilior evadat, retexenda videtur historia monachorum Isaurorum, quæ causam Gregorio dedit ea scribendi, quæ in epistola 114. & 195. aliisque leguntur.

Historia monachorum Isaurorum, quæ dedit occasionem scribendi Gregorio M.

Delati sunt Isauri duo monachi & presbyteri, Joannes atque Anastasius, de hæresi Manichæi & Marcionis, ad Joannem Constantinopolitanum Episcopum, qui Jejunator dictus est. Dedit ille cognitores causæ ac judices, a quibus Isauri cum damnati essent, appellaverunt sedem apostolicam, cui præerat Gregorius magnus. Alter in concilio Romano absolutus est, Joannes scilicet; alter deprehensus Manichæa labe laborare. Verum vt Joannes Jejunator judicium suum tueretur, miserat Romam codicem ab Anastasio scriptum, notaque virgulæ apposita, sive ipse, sive quis alius, indicaverat, quæ sententiæ in eo viderentur damnandæ, has inter ista fuit: *Cum peccavit Adam, ejus*

est anima mortua, quia status sui beatitudinem amisit. Quam cum legisset in concilio Gregorius, cepit eum admiratio tantæ subnotatoris judicumque ignorantiæ, qui catholicum dogma velut Manichæum damnassent.

Id vbi Joannes Constantinopolitanus Episcopus rescivit, Romam iterum misit codicem, cui inscriptum nomen Ephesinæ synodi, quoque plures continebantur canones, atque vnus imprimis, vbi anathema dicebatur asserenti, *animam Adæ in peccato mortuam*, &c.

Alterum istud miratus est vehementius Pontifex, jussitque recognosci codices Ephesinos, qui Romæ asservabantur, & ex Ravennensi Ecclesia afferri antiquissimum aliquem suspicionis purum, atque a Narsete comite Constantinopoli conquiri vetustiores quosque, vt fraus, si qua esset, deprehenderetur. Interim canonis Pelagianam sententiam convicit, ostenditque, Adamum anima mortuum propter peccatum, asseri debere, ne veritas divinæ sententiæ labefiat: *In quacumque die comederis, morte morieris.*

Quid Constantinopoli Narses invenerit, ignotum est. Romani certe & Ravennenses codices *nihil continebant, in definitione anathematis & reprobationis, nisi quod capitula beatæ memoriæ Cyrilli referebant.*

Triennio post, cum Joanni Jejunatori successisset in sedem Constantinopolitanam Cyriacus, de causa Isaurorum scripsit Gregorius Alexandrino & Antiocheno Episcopis; non quod Cyriacum hæresis nomine suspectum haberet, ex synodicis enim catholicum noverat, sed quo Episcopi illi majorum sedium propter alios cauti essent, *vt antequam in publicum prodeant, errorum semina conculcentur.* Notanda vero hæc Papæ verba: *Synodus illa canonem continens, quæ sub primæ Ephesinæ imagine facta est, quædam in se oblata capitula asserit approbata, quæ sunt Cælestii Pelagiique prædicamenta: sed cum Cælestius atque Pelagius in ea synodo sint damnati, quomodo poterant illa capita recipi, quorum damnabantur auctores?*

Popularis opinionis ortus. *Ad ann. 595. & 595.* *In scholiis ad can. concil. Eph. p. 417.*

Baronius inter agendum de causa Isaurorum, scribit canonem, quo de agitur, editum Ephesi in conciliabulo schismaticorum, eumque fuisse secundum: primum, credo, posuit, quo deponebantur Cyrillus & Memnon. Id vero vnde, sive conjecerit, sive acceperit, non demonstrat. Christianus Lupus laboranti forte Baronio suppetias laturus, audentius quiddam opinatur, canones illos, scilicet Pelagianos, ab Episcopis exauctoratis, Juliano, Orontio, & reliquis quatuor cum Cælestio, oblatos fuisse conciliabulo Ephesino Joannis Antiocheni, nec tamen ab eo approbatos, sed Pelagianorum arte insertos actis Ephesinæ synodi, quæ exscribebantur spargenda in vulgus; atque hinc factum, vt codex ejusdemodi corruptus cum offerretur, imposuerit Joanni Jejunatori suisque judicibus, quos oportuit esse admodum imperitos, indeque Romam ad Pontificem postea transmissus sit.

Tota hæc historia ex epistolis Gregorii magni desumpta est; verum præstat Pontificem audire suis verbis loquentem: habent enim plurima notatu digna, & reconditæ cujusdam ecclesiasticæ doctrinæ plena.

Ep. 114. quæ 14. quinti libri.

Scribens igitur Gregorius ad Narsetem comitem. *Caritas vestra*, inquit, *solicitudinem nostra opinionis habens scribere studuit, quid de illo codice, qui contra Anastasium presbyterum transmissus est, sensit. Quem nos ex parte aliqua subtiliter percurrentes, in Manichei invenimus dogma cecidisse. Sed is qui loca aliqua esse hæretica signo contra posito ostendit, ipse quoque in Pelagianam hæresim labitur: quia quædam loca catholice dicta, & omnino orthodoxa, velut hæretica annotavit. Hoc enim vbi sciptum est, quia cum peccavit Adam, ejus est anima mortua: qualiter mortuam dixerit, inferius ostendit, quia status sui beatitudinem amisit. Hoc quisquis negat, catholicus non est.* Et paulo post: *Hunc ergo locum, qui in eodem codice, qui mihi a fratre meo Joanne Episcopo transmissus est, annotavit hæreticum, Pelagianus est, quia ista sententia evidenter Pelagii est, quam Paulus Apostolus aperte in suis epistolis destruxit. Quæ loca epistolarum ejus singula dicere prætermitto, quia scienti loquor. Pelagius vero, qui in Ephesina synodo damnatus est, ea intentione hoc duxit, vt ostenderet nos a Christo vacue redemptos.*

Et postea: *Caritas ergo vestra vetustos omnino codices ejusdem synodi requirat, & illic inde videat, si quid tale invenitur, mihique eumdem codicem, quem invenerit, transmittat, quem mox, vt legero, retransmitto, novis enim codicibus passim non credat, ex qua re dubius factus sum: & nihil adhuc volui de hac causa prædicto fratri meo Joanni Episcopo rescribere. Romani autem codices multo veriores sunt quam Græci, quia nostri, sicut non acumina, ita nec imposturas habent. De Joanne vero presbytero cognoscite, quia illius causa per* SYNODUM *decisa est, in qua aperte cognovi, quia ejus adversarii eum facere hæreticum volebant, & diu conati sunt, sed minime potuerunt.*

Ad Joannem vero Constantinopolitanum. *Valde autem mirati sumus, cur ii, qui in causa fidei judices contra Joannem Calchedonensis Ecclesiæ presbyterum a vobis fuerant deputati, negligentes veritatem opinioni crediderint, & credere districte profitenti noluerint, maxime dum accusatores ipsius Marcionistarum, quam commemorabant, hæresim, vnde eum reum moliebantur efficere, interrogati quæ esset, nescire se manifesta professione responderunt. ex qua re evidenter agnoscitur, quod personam ipsius sine Dei respectu, non juste, sed contra animas suas, sola gravare voluntate tantummodo voluerint. Nos itaque facto* CONCILIO, *sicut gestorum apud nos habitorum tenor ostendit, cuncta quæ erant necessaria, subtiliter perscrutantes ac tractantes: quoniam in nullo antedictum presbyterum reum invenire potuimus, precipue quia libellus, quem delegatis a vobis judicibus obtulit, rectæ fidei per omnia sinceritati concordat, ea propter eorumdem judicum reprobantes sententiam, nostra eum definitione catholicum, & ab omni hæretico crimine liberum esse, Christi Dei redemptoris nostri misericordia & gratia revelante, denuntiavimus.*

Ep. 115. quæ ejusdem libri 15.

Ad Mauritium pariter imperatorem. *Relatis igitur in* concilio, *quæ contra Joannem Calchedonensis presbyterum Ecclesiæ acta sunt, simul & serie judicati, majorem illum injustitiam sustinuisse cognovimus quippe quem clamantem se atque monstrantem catholicum esse, non reatus culpa, sed diu accusatio incerta contrivit. In tantum quia accusatores ipsius Marcionistarum, quam commemorabant, hæresim se nescire, aperta responsione professi sunt.* Et postea: *Quia ergo omnibus subtiliter rimatis atque tractatis, catholicum suprascriptum Joannem presbyterum sancti* CONCILII

Ep. 116. quæ quinti lib. 16.

mecum definitio, divina potentia revelante gratia, declaravit, &c.

Ad Theoctistum Imperatoris cognatum. *Indicamus itaque vobis Joannem presbyterum, latorem præsentium, liberum ab his, quibus accusatus fuerat, extitisse. Cujus fidem facto* CONCILIO, *subtili examinatione, vt periit, perscrutantes, nullam in eo culpam pravæ confessionis invenimus. Sed quia rectæ fidei, Deo miserante, professor ac cultor apparuit, nostra eum definitione absolvimus: præsertim cum accusatores ipsius, quæ esset Marcionistarum, quam commemorabant, hæresim se nescire professi sint.*

Ep. 137. qua 17. libri quinti.

Et ad Eulogium Alexandrinum atque Anastasium Antiochenum. *Ante triennium cogente causa monachorum Isauriæ, qui hæretici accusabantur, satisfaciens mihi quondam frater & consacerdos meus Dominus Joannes, literas misit, quibus videbatur ostendere, eos Ephesinæ synodi definitionibus contradixisse: & velut ex eadem synodo certa nobis, quibus ipsi obsisterent, capitula destinavit; inter alia autem scriptum illic continebatur de Adæ anima*, quia in peccato mortua non fuerit, eo quod diabolus in cor hominis non ingrediebatur, & si quis hoc dixisset, anathema esset. *Quæ cum mihi relata fuissent, valde contristatus sum: si enim Adæ, qui primus peccavit, anima in peccato mortua non est, quomodo de ligno vetito ei dictum est:* In quacumque die comederitis ex eo, morte moriemini? Et postea: *Quod vero diabolus cor hominis ingrediatur, si evangelio creditur, non negatur. ibi enim scriptum est:* Et post buccellam introivit in eum satanas. *Et rursus ibi dicitur:* Cum diabolus jam se misisset in cor Judæ, vt traderet eum Judas; *hoc autem qui negat, in Pelagianam hæresim cadit. Quia ergo perscrutantes Ephesinam synodum, nihil in ea tale invenimus contineri: de Ravennate quoque Ecclesia vetustum valde codicem ejusdem synodi ad nos deferre fecimus, & synodo quam habebamus, eum ita concordare invenimus, vt in nullo discreparet, & nihil aliud contineret in definitione anathematis, & reprobationis, nisi quod duodecim capitula beatæ memoriæ Cyrilli reprobant. Hanc autem totam rationem multa latius subtiliusque prædictis responsalibus ejus in præsenti positis reddidimus, atque ei plenissime satisfecimus: igitur ne vel hæc vel aliqua similia illic subrepant, quæ sanctam Ecclesiam scandalizent, necesse nobis fuit, hæc ipsa sanctitati vestræ indicare. Et quamvis hunc fratrem & coepiscopum nostrum Cyriacum noverimus orthodoxum; tamen propter alios cauti esse debemus, vt antequam ad publicum prodeant, errorum semina conculcemur.*

Ep. 195. qua 3. libri sexti.

Denique ad Anastasium Antiochenum. *Cum de sanctorum conciliorum custodia tua fraternitas loqueretur, sanctam Ephesinam synodum primam se custodire professa est. Sed quia ex annotatione hæretici codicis, qui ad me ex regia vrbe transmissus est, agnovi hoc, quod quædam capitula catholica cum hæreticis fuerant reprehensa, quia quidam illam Ephesinam primam synodum in eadem vrbe existimant, quæ quondam ab hæreticis traditur esse composita: omnino necesse est, vt caritas vestra eandem synodum apud sanctam Alexandrinam atque Antiochenam Ecclesiam requirat, & qualiter in veritate se habeat, inveniat; vel si placet, hinc dirigimus quæ ab antisynodus, quæ sub primæ Ephesinæ imagine facta est, quædam in se oblata capitula asserit approbata, quæ sunt Cælestii atque Pelagii prædicamenta. Et cum Cælestius atque Pelagius in Ephesina synodo sint damnati, quomodo ab ea poterant illa capitula recipi, quorum damnabantur auctores?*

Ex his, quæ scripsit Gregorius magnus, multa licet concludere in rem præsentem: & primum quidem, a Pontificis sententia recedere, qui causam Isaurorum monachorum ab ea, quæ duorum presbyterorum erat, secernunt. Alterum, codici, quo synodus Ephesina continebatur, insertos fuisse canones alterius cujusdam concilii. Tertium, huicce inserto concilio oblata fuisse capitula, quæ ab ipso probata sint. Quartum, ea capitula Isauros fecisse reos consensionis cum Manichæo & Marcione. Quintum, vnum ex capitulis contradixisse catholicæ, de anima Adami per peccatum mortua, Anastasii sententiæ, atque adeo fuisse Pelagianum, vel Cælestianum. Sextum, concilium istud diversum fuisse ab œcumenica synodo Ephesina, cum in œcumenica synodo damnationis sententiam tulerint Pelagius & Cælestius; in illo concilio ipsorum dogmata probata sint. Septimum, Gregorium magnum causam Isaurorum in concilio cognovisse, idque testatum voluisse, & Imperatori, & Narseti comiti, & Joanni Constantinopolitano Episcopo, & Imperatoris cognato, nequis eorum foret inscius. Postremum, concilium illud non fuisse idem cum conciliabulo orientalium schismaticorum: in hoc enim, vt bene argumentatur Lupus, approbata non sunt Cælestiana dogmata, si enim forent, a catholicis vtique sine gravissima querela tantum facinus prætermissum non esset; nam a concilio, cui oblata sunt, probata sunt pariter capitula.

Atque hæc cum certa sint, probabilis inde conjectura duci potest, qua firmentur ista sex, quibus continetur quæstionis, nisi fallor, totius solutio, reique admodum impeditæ explicatio.

I. Concilium, cujus meminit Gregorius, non aliud fuisse, quam quod a Nestorio coactum mox a nobis dicebatur: nam in eo damnati scribuntur, qui Manichæi atque adeo Marcionis sensibus adhærerent. Una enim fuit vtriusque hæretici opinio, de mala hominis natura.

II. Oblata esse Nestoriano concilio, quæ dicuntur capita, eaque catholicæ fidei, de corruptione per peccatum humanæ naturæ, adversa: de corruptione, inquam, quoad animam, non de ea, qua corpus affectum est, deipsa enim Nestorius catholice sentiebat.

III. Eadem ipsa capita facile a Nestorio probata esse, quippe qui, vt ostendimus aliquando, sensit quidem catholice de morte corporis per peccatum contracta; videtur autem, quoad mortem animæ ex Adamo propagatam in posteros, adhæsisse Theodoro Mopsuesteno magistro suo, peccati originalis acerrimo impugnatori. *In notis ad sermones contra Pelagianos.*

IV. Approbationem illam capitum a synodo anathematismis comprehensam fuisse: vix enim reperias, olim depositos esse aliquos propter doctrinam, cujus assertoribus anathema non sit dictum.

V. Eos ipsos anathematismos in communem cum Ephesina synodo relatos fuisse codicem, apposita primum inscriptione, qua distinguerentur; deinde vel per incuriam librariorum omissa, vel artibus sive Cælestianorum, qui plurimi in Oriente perstiterunt, ad ipsa quoque Photii tempora, sive Nestorianorum, vt Ephesinæ synodo calumniam struerent, obliterata.

VI.

VI. Forsitan esse verum, quod divinavit Christianus Lupus, tentatos fuisse a Cælestianis, atque ab ipso etiam Nestorio, Orientalium animos, vt ejusmodi anathematismos comprobarent, studio nimirum contradicendi Patribus orthodoxis, qui Celestini papæ de Pelagianis sententiam comprobassent. Neque enim de nihilo est, quod Orientales eo tempore, quo Patres retulerunt ad sedem apostolicam de Pelagianis, tripartitam confessionem fidei scripserunt, & in prima symbolum Nicænum professi sunt; in secunda perculerunt anathemate septem tantum nominatim hæreticos, quorum duo Manichæus & Marcion; in postrema Cyrilli capita duodecim proscripserunt: atque hæc causa forte fuit, cur Baronius canonem secundum ab Orientalibus conditum diceret de anima Adami, &c. Neque illud pariter de nihilo est, quod schismatici oblatum a catholicis crimen societatis cum Cælestianis, non aliter repulerint, quam simili exprobratione, licet immerita.

Quæsierit forte quispiam, cur tandem schismatici expressis verbis approbare noluerint anathematismos Nestorii præfatos, contentiam sententiam implicite & abscondite dixisse. Sed aperta quæstionis inde solutio sumi potest, quod & Theodosius nuper expulisset Cælestianos; & modo Celestinus Papa eosdem damnasset; nec tutum foret aut illius aut istius manifeste judicio pugnare, sed necessarium magis vtriusque gratiam retinere: neque enim tanta erat Nestorii jam damnati auctoritas, vt eo vsque impellere valeret Orientales, cum eam ipsam auctoritatem aliunde Joannes Antiochenus depressam vellet, quo concilii primatum, si qua ratione posset, securior teneret. Et vero, quæ causa potuit obstare, ne anathematismi a Nestorio adversus Cyrillianos facti approbarentur ab Orientalibus, quantumcumque ab ipsis aperte Cyrilliani velut hæretici explosi essent; eadem, nisi fallor, impedire debuit, ne quos olim præ animi impotentia pro Pelagianis Nestorius, adversus viros omnino puros hæresis Manichææ, condiderat, patenter confirmarentur.

SERMO OCTAVUS
IN JUDAM
ADVERSUS HÆRETICOS.

Interprete Mario Mercatore.

HÆRETICORUM nomine intelligit verbo quidem tenus Apollinaristas, revera autem catholicos sibi adversantes, quos Apollinarismi per calumniam accusabat.

Par est opinari sermonem hunc habitum in magna hebdomada, qua patientis Christi historia legi pariter & exponi in Ecclesia solebat. Quo vero Nestorii anno, incertum est; suspicer tamen habitum tertio, qui Christi 431. propterea quod non obscure contradicit tertio quartoque & duodecimo Cyrilli anathematismo, quos cum literis synodicis Nestorius accepit mense Decembri ann. 430.

Huc pertinet forte dictum illud Nestorii a Socrate allatum: *Ne glorieris, Judæe, Dominum gloria non crucifixisti.*

Ex lib. 5. contrad. pag. 132.

ΗΔΕΩΣ αὐ σύγχυσιν τῆς αἱρετικῆς ἐπυθόμην, τὴν τοῦ θεότητος καὶ τῆς ἀνθρωπότητος φύσιν εἰς μίαν καταχιρνάντων οὐσίαν, ἣς ἐστὶν σύγχυσιν ὁ τῶνδε τοῦ παραδόξου τοῖς Ἰουδαίοις παραδιδόμενος. Εἰ γὰρ κρᾶσις ἀμφοτέρων γεγένηται, ἀμφότερα τῶνδε τῶν Ἰουδαίων συγκατεφάγη, καὶ ὁ Θεὸς λόγος, καὶ ἡ τῆς ἀνθρωπότητος φύσις· ἣς δέ ἐστιν ὁ καὶ τοῦ σφαγεῖ ὑποκείμενος; ἀναγκαίως ἡμᾶς χρήσασθαι κατωτέροις λόγοις, ὡς πᾶσι γίνεσθαι τὸ λεγόμενον δῆλον.

Ex lib. 4. contrad. pag. 118.

Περὶ ἥνα τὰ τοῦ παραδόξου, εἰπέ μοι, συμβέβηκεν, εἰ μὴ γὰρ τοῦ τῆς θεότητος φύσιν, πῶς ἀμφότερα συγχιρᾶν καταβολμᾷς; καὶ μεμίκτηκεν ὁ Θεὸς ἀκαθάρτοις τοῖς Ἰουδαίοις, καὶ τῆς σφαγῆς οὐ κεκοινώνηκε τῇ σαρκί. πόθεν, εἰπέ μοι, παρεδόθη τοῦ κρᾶσιν.

Διὰ τί δ', καὶ ὡς ἀρτίως ἠκούσαμεν, ἀμφοτέρων κατά σε κεκραμένων, ὁ κύριος

LIBENTER hic ab illis hæreticis interrogans requiram, qui deitatis & humanitatis naturam in vnam essentiam miscendo contemperant, quis ille hoc loco est, qui proditur & traditur Judæis. Si enim temperatio vel admixtio vtriusque facta est, vtrum a Judæis est tentum? An Deus Verbum, an humanitatis natura? Quis videtur occisus? Cogor enim inferioribus vti sermonibus, vt fiat omnibus, quod dicitur, manifestum.

In quem, dicas velim, ea quæ gesta sunt, cadunt? Nunquid in Dei naturam, quam vtroque confundens contemperare præsumis? Ergo Verbum Deus capessibilis, cui nihil commune in occisione cum carne. An a Judæis in occisionem ductus est? II.

Ut quid autem temperatis vtrisque naturis, secundum te scripturam nuper audivimus de virtute sacramenti narrantem, III.

quam Dominus tradidit discipulis suis, dicens: *Quia in qua nocte tradebatur, accipiens panem, gratias agens, dedit discipulis suis, dicens: Accipite & manducate ex eo omnes, hoc est enim corpus meum.* Quare non dixit: Hæc est divinitas mea, quæ pro vobis confringetur? Et iterum cur sumptum calicem porrigens, non dixit: Hæc divinitas mea, quæ pro vobis effunditur in remissionem peccatorum; sed hoc magis: *Hic est sanguis meus, qui pro vobis effundetur in remissionem peccatorum.*

Matth. 26. v. 28.

Separa naturam, sed vnitionem conjunge; filium Dei Christum confitere, sed filium duplicem, hominem & Deum, vt passio quidem humanæ deputetur naturæ; passionis vero absolutio, quæ in homine, qui passus est, facta est, solius sit divinitatis.

τῷ τῆς μυστερίου δυνάμει τοῖς μαθηταῖς παραδιδοὺς, οὕτω φησί· Λάβετε τὸν ἄρτον, καὶ εὐχαριστήσας, ἔδωκε τοῖς μαθηταῖς αὐτοῦ, λέγων· Λάβετε, φάγετε πάντες. τοῦτο γὰρ μού ἐστι τὸ σῶμα. Διὰ τί μὴ εἶπε· Τοῦτό ἐστιν ἡ θεότης μου ἡ ὑπὲρ ὑμῶν κλωμένη; καὶ πάλιν τὸ ποτήριον τῆς μυστερίων διδοὺς, οὐκ εἶπε· Τοῦτό ἐστι τὸ αἷμά μου τὸ ὑπὲρ ὑμῶν ἐκχυνόμενον, εἰς ἄφεσιν ἁμαρτιῶν.

SERMO NONUS

IN ID QUOD SCRIPTUM EST:

Si habere aliquid recordatus fueris adversus te fratrem tuum; Matth. 5. v. 23.

veluti contra hæreticos.

Interprete Mario Mercatore.

Incertum tempus.

Quo tempore habitus sit hic sermo, non constat; id vnum affirmare possim, habitum post ortas contentiones, atque adeo ann. 429. in Quadragesima: quanquam ex argumento suspicatus quispiam forte fuerit, pertinere ad id temporis, quo arguebatur sentire cum Paulo Samosateno & Photino, ideoque ab eo discedebant plurimi, quos videtur monere, vt in gratiam secum redeant, satisfactione exhibita, priusquam accedant ad altare.

Traditio de reali præsentia corporis Christi in Eucharistia.

Observa ex hoc sermone, ejusque a Cyrillo refutatione, aperte cognosci fidem quinti sæculi de reali præsentia corporis Christi in Eucharistia. Quid enim clarius, vel hac interrogatione Nestorii? *Quem ergo manducamus? Divinitatem, an carnem?* Vel ista sententia Cyrilli: *Quemadmodum vivificum est illud ipsius Verbi corpus, quod sibi proprium fecit per veram vnionem, quæ & intelligentiam & sermonem superat; sic nos quoque, qui illius sanctæ carnis, & sanguinis ejus participatione fruimur, omnino vivificamur; cum in nobis maneat Verbum, non solum divino modo per Spiritum sanctum, sed etiam humano per sanctam illam carnem, pretiosumque ejus sanguinem.* Vel istis etiam consequentibus verbis: *In nobis manet, & corruptionis victores efficit, dum se in nostra demittit corpora, vt dixi, etiam per suam carnem, quæ verus est cibus.*

Lib. 4. anathem. c. 4.

I. AUDITE dictis intenti: *Qui manducat*, ait, *carnem meam, & bibit meum sanguinem, in me manet, & ego in eo.* Memento quoniam de carne est, quod dicitur: *Sicut misit me vivens Pater*, me visibilem. Numquid a me carnis nomen appositum est, vt me male interpretari querantur: *Qui manducat*, inquit, *carnem meam, & bibit meum sanguinem?* Nunquid dixit: Qui manducat divinitatem meam, & bibit meam divinitatem? sed: *Qui manducat carnem meam, & bibit meum sanguinem, in me manet, & ego in ipso.*

II. Et post alia. Sed ad rem veniamus. *Qui manducat carnem meam, & bibit meum sanguinem, in me manet, & ego in ipso.*

ΑΚΟΥΣΑΤΕ τοίνυν, προσέχοντες τοῖς ῥητοῖς· Ὁ τρώγων μου, φησὶ, τὴν σάρκα. μνημονεύετε, ὅτι περὶ τῆς σαρκός ἐστι τὸ λεγόμενον, καθὼς ὅτι οὐ πρὸς ἐμοῦ προσετέθη τὸ τῆς σαρκὸς ὄνομα. ὥστε μὴ δοκεῖν ἀκείνους πλανεῖν· Ὁ τρώγων μου τὴν σάρκα, καὶ πίνων μου τὸ αἷμα. μὴ εἶπεν· Ὁ τρώγων μου τὴν θεότητα, καὶ πίνων ταύτην. ὁ τρώγων μου τὴν σάρκα, καὶ πίνων μου τὸ αἷμα, ἐν ἐμοὶ μένει, κἀγὼ ἐν αὐτῷ.

Excerpt. 18. Ephes.

Καὶ μετ' ἄλλα. Ἀλλ' ὅπερ τὸ προκείμενον· Ὁ τρώγων μου τὴν σάρκα, καὶ πίνων μου τὸ αἷμα, ἐν ἐμοὶ μένει, κἀγὼ ἐν αὐτῷ.

μνημονεύσωμεν ὅτι περὶ τῆς σαρκὸς τὸ λεγόμενον· Καθὼς ἀπέστειλέ με ὁ ζῶν πατὴρ, ἐμὲ τὸν φαγόμενον. Ἀλλ' οὐκ ἴσως παρερμηνεύω. ἀκούσωμεν οὖν τῶν ἑξῆς· Καθὼς ἀπέστειλέ με ὁ ζῶν πατὴρ. οὗτος λέγει τὴν θεότητα, ἐγὼ τὴν ἀνθρωπότητα. ἴδωμεν εἰ ὁ παρερμηνεύων. λέγει ὁ αἱρετικὸς οὗτος τὴν θεότητα. ἀπέστειλεν ἐμὲ τὸν Θεὸν λόγον· Καθὼς ἀπέστειλέ με ὁ ζῶν πατὴρ. κατ' οὗτον· Κἀγὼ ζῶ ὁ Θεὸς λόγος διὰ τὸν πατέρα. Εἶτα μετὰ τοῦτο· Καὶ ὁ τρώγων με κἀκεῖνος ζήσεται. ἵνα ἐσθίομεν, τὴν θεότητα, ἢ τὴν σάρκα;

Ἐρῶ δὲ καὶ τοῦ σκανδάλου τὰ ῥήματα· περὶ τῆς οἰκείας σαρκὸς ὁ δεσπότης Χριστὸς πρὸς αὐτοὺς διελέγετο. ἐὰν μὴ φάγητε, φησὶ, τὴν σάρκα τοῦ υἱοῦ τοῦ ἀνθρώπου, καὶ πίητε αὐτοῦ τὸ αἷμα, οὐκ ἔχετε ζωὴν ἐν ἑαυτοῖς. οὐκ ἤνεγκαν τὸ τῶν λεγομένων ὑψηλὸν οἱ ἀκούσαντες, ὑπόμισον ἀπὸ ἀμαθίας, ἀνθρωποφαγίαν εἰσάγειν.

Mementote, quod de carne dicamus? *Sicut misit me vivens Pater*, me, qui appareo; sed fortasse ego non recte interpretor. Videamus ex iis quæ sequuntur: *Sicut misit me vivus Pater*, &c. ille dicit de divinitate, ego de humanitate. Videamus quis sit pravus interpres: *Sicut misit me vivus Pater*; hæreticus dicit, divinitatem missam, & se profiteri, Deum Verbum dicere: *Sicut misit me vivus Pater.* Ergo & hoc secundum ipsos ita erit intelligendum: *Ego Deus Verbum vivo per Patrem.* Post hoc enim videtur dictum: *Et qui manducat me, & ille vivit.* Quem ergo manducamus? divinitatem, an carnem?

Dicam etiam illius scandali verba. De sua carne Dominus Christus cum illis disserebat: *Nisi manducaveritis*, inquit, *carnem filii hominis, & biberitis ejus sanguinem, non habebitis vitam in vobis.* Verborum sublimitatem, qui audierant, non tulerunt; putabant enim ex inscitia, illum anthropophagiam suadere.

SERMO DECIMUS

VELUT IN MACEDONIANOS,

revera in catholicos veræ Incarnationis defensores.

Mercatore interpret.

TITULUS a nobis additus est, ipso cogente sermonis argumento: nam ex vnitate operationis consubstantialitas spiritus sancti probatur, sed ita vt Christus negetur a se glorificatus, sed a spiritu, velut a majore: vnde Patres Ephesini fragmentum hoc Nestoriani tractatus blasphemiæ damnarunt; & Cyrillus illi ipsi contradicendum putavit, tanquam inscite, impie, & adversus pietatis dogmata audacter dictum esset. Etsi vero catholico sensu accipi possint, quæ a Nestorio dicuntur; hæresim tamen continere visa sunt Patribus, non verba per se, quomodo sunt ambigua & flexiloqua, sed prout ab auctore prolata sunt, perpendentibus more antiquo, quo non in dogmatibus personæ, sed in personis dogmata damnabantur.

ΚΟΙΝΑΙ γὰρ αἱ τῆς τριάδος ἐνέργειαι, καὶ μόναις ὑποστάσεσι τὴν διαίρεσιν ἔχουσαι. ἡ γοῦν τοῦ μονογενοῦς ἐνδόξια ποτὲ μὲν ὡς πατρὶ πεδίδοται· Εἰς γὰρ, φησὶν, ὁ πατήρ μου ὁ δοξάζων με. ποτὲ δὲ τῷ πνεύματι· Τὸ πνεῦμα γὰρ, φησὶ, τῆς ἀληθείας ἐμὲ δοξάσει. ποτὲ δὲ τῇ τοῦ Χριστοῦ δυνάμει· Ἐξιόντες γὰρ, φησὶ, διεκήρυσσον τὸν λόγον πανταχοῦ, τοῦ κυρίου συνεργοῦντος, καὶ τὸν λόγον βεβαιοῦντος διὰ τῶν ἐπακολουθούντων σημείων.

Καὶ τῆς συνεργείας ἡ ἀπόδοξις πρόδηλος. ὁ υἱὸς ἐνεδόξασεν. ὁ πατὴρ ἐπαδόξασε. τὸ πνεῦμα σημείοις ἐσήμανε. ἐφύτευσεν ὁ υἱὸς ἐν τῷ σώματι. συνέστησεν ὁ πατὴρ βαπτιζόμενον. διέπλασεν ἐν παρθένῳ τὸ πνεῦμα.

ADHUC vobis multa habeo dicere, &c. Et post aliquanta: Communes sunt Trinitatis operationes, & tantum substantiis dividendæ. Quare vnigeniti glorificatio, aliquando quidem Patri deputatur, sicut est illud: *Pater est meus, qui me glorificat*; aliquando vero spiritui deputatur, ait enim: *Spiritus veritatis, qui me glorificabit*; nonnunquam Christi potentiæ assignatur, sicut scriptum est: *Exeuntes prædicabant verbum vbique, Domino cooperante, & verbum confirmante, consequentibus eos signis.* Ioan. 8. v. 54. Ioan. 16. v. 13. Marc. 16. v. 16.

Atque cooperationis hujus evidens est argumentum: filius est factus homo; pater in throno collocavit; spiritus signis honestavit; inhabitavit filius in corpore; commendavit baptizatum Pater; formavit in virgine spiritus.

SERMO UNDECIMUS
ADVERSUS ARIANOS

Is. cap. 9. v. 6. in hæc verba Isaiæ: *Puer datus est nobis, & filius natus est nobis.*

Mercatore interprete.

In append. ad contr. 12. anathematismi.

Excerpto 12.

Lib. 1. contr. cap. 3.

HUNC ego facile crediderim dictum ante patefactam hæresim, imo primis illis temporibus, cum Arianos insectatus acriter catholicum mentiebatur, nisi me tria retinerent, tertiæ partis sententia, Marii Mercatoris testimonium, & Patrum Ephesinorum auctoritas. Nam plausus a populo factus ad hæc verba: *Erat enim ipse, & infans, & infantis dominus*; ipsaque Nestorii sive correctio, sive interpretatio sententiæ, videtur mihi aperte satis indicare, tunc temporis jam fuisse conceptam vulgo opinionem de Nestorio, quod Christum in duas personas divideret. Deinde Mercator vehementer invehitur in hæc ipsa verba, quæ plausum fecerunt, tanquam hæresim totam continerent, quartamque in Trinitatem introducerent personam. Denique Patribus Ephesinis visa sunt hæc verba, postquam Primicerius notariorum recitavit, perinde ac alia, horrenda pariter & blasphema: quanquam Cyrillus ea laudavit velut catholica, cum suis verbis Nestorium refelleret. An forte in vnum sermonem coegimus, quæ diversis temporibus dicta sunt?

I. MAGNUM sane tanti doni sacramentum: hic enim qui videtur infans; hic qui recens apparet; hic qui fasciis corporalibus eget; hic qui secundum visibilem essentiam recenter est editus, filius est, vt scriptura docet, æternus; filius vniversorum opifex; filius qui suæ opis fasciis dissolubilem creaturæ naturam astringit.

II. Infans enim Deus est suæ potestatis; tantum abest, Arie, vt Deus Verbum sit sub Dei potestate. Novimus ergo humanitatem infantis ac divinitatem: filiationis vnitatem servamus in deitatis, humanitatisque natura.

III. Hoc autem dico, vt noveritis, quam super excellens & summa quædam deitatis conjunctio existebat, etiam in infante ipso, cum dominica caro conspiceretur: erat enim ipse, & infans, & infantis ipsius dominus. Laudastis vocem, sed nolite eam parum curiose laudare: dixi enim, quod idem erat infans, & habitator infantis.

IV. Ut ergo demonstretur, ipsis quoque magis, quis hic est ab illis adoratus, & ad quem illos duxerit spiritus sancti gratia; nempe non ad simplicem vulgo conspectum infantem, sed ad corpus quoddam ineffabiliter Deo conjunctum.

V. Quis nunc benignitatis tam immensum aspiciat pelagus, naturam cum suo opifice dominantem, & conjunctam homini divinitatem, nihil sine hoc juben-

ΜΕΓΑ τῦ δώρου τὸ μυςήριον, τῦτο γὰρ τὸ βλεπόμενον βρέφος, τῦτο τὸ καταφαινόμενον πρόσφατον, τῦτο τὸ σπαργάνων σωματικῶν δεηθέν, τῦτο τὸ κατὰ τὴν ὁρωμένην, οὐσίαν γὰρ πέφυκεν. υἱός, καὶ τὸ γεγραμμένον, αἰώνιος. υἱὸς τῶν ὅλων δημιουργός. υἱὸς τοῖς τῆς ἰδίας βοηθείας σπαργάνοις τὸ τῆς κτίσεως ἀλυσιτέλυτον σφίγγων.

Τὸ βρέφος γὰρ Θεὸς αὐτεξούσιος. πρόσθεν ὁ Θεὸς λόγος τῦ Θεοῦ ὑπεξούσιος εἶναι διέφηκεν, Αρεῖε, γνωρίζομεν τίνων τὴν ἀνθρωπότητα τῦ βρέφους, καὶ τὴν θεότητα, τὸ τῆς υἱότητος τηρούμεν μοναδικὴν ἐν ἀνθρωπότητος καὶ θεότητος φύσει.

Ἵνα μάθητε, φησὶν, ὡς σφόδρα ἡ τῆς θεότητος ὑπῆρχε συνάφεια, καὶ ἐν βρέφει τῆς δεσποτικῆς καθορωμένης σαρκός. ἰδοῦ γὰρ ὁ αὐτὸς βρέφος, καὶ τὴν βρέφους δεσπότης. ἐπηνέσατε τὴν φωνὴν, ἀλλὰ μηδὲ αὐτὴν ἀβασανίστως κρατῆτε. εἶπον γὰρ· Ο αὐτὸς ἰδοῦ βρέφος, καὶ τὴν βρέφους οἰκήτωρ.

Ἵνα τίνων δηλῶσῃ καὶ τίσι μᾶλλον, ἵς ἐστὶ οὗτος ὁ παρ' αὐτῶν προσκυνούμενος, καὶ ὅτι εἰς ἣν ἤγαγεν αὐτοὺς τὴν πνεύματος χάριν ἡ χάρις. ὄχι ὅτι ψιλὸν ἁπλῶς θεωρούμενον σῶμα τῶν Θεῦ.

tem, nullum absque isto judicantem: cum eo vivorum curam in summa providentia gerentem, & cum ipso mortuos suscitantem.

EPISTOLA TERTIA SYNODICA SANCTI CYRILLI ALEXANDRINI EPISCOPI

directa Nestorio Constantinopolitanæ vrbis Episcopo, duodecim continens anathematismi capitula.

Mercatore interprete.

Epistola hæc Cyrilli habita olim pro toto concilio Ephesino.

HÆc illa celebris epistola, quæ olim vna pro toto concilio Ephesino habebatur, adeo fidei catholicæ doctrinam de incarnatione Verbi adversus Nestorium plene dilucideque exponit. Subjuncti anathematismi duodecim, quæ capita dicebantur a veteribus, magnam fecerunt invidiam Cyrillo, magnum diu catholicis negotium, vt ille non semel debuerit facere satis, sive amicis explicationem petentibus, sive adversariis plura objicientibus; isti coacti sint, inter tractandum de pace inter Ecclesias, & sanciendam fidem in concilio Chalcedonensi, de ipsis propter animorum offensionem silere.

Quando scripta.

Colligitur ex codice manuscripto PP. Carmelitarum, qui emendatur.

In codice manuscripto Carmelitarum Discalceatorum conventus Parisiensis data legitur mense Novembri die 30. Indictione XIV. quæ temporis notæ, nisi emendentur, cohærere non possunt. Nam scripsit procul dubio Cyrillus postremum Nestorio ann. 430. & Nestorius Cyrilli literas accepit Constantinopoli VII. Idus Decembris; si qua igitur fides codici, accepta fuisset Constantinopoli epistola septem post diebus, quam Alexandriæ scripta esset, quod omnino incredibile.

Cohærebunt omnia facile, si dicatur Alexandriæ scripta 3. Novembris, accepta Constantinopoli septimo Decembris, & Indictio, vt par est, non a Januario, quomodo esset decima tertia, sed a Septembri, quo mense decima quarta incepit.

Dividi potest commode tres in partes, quarum in prima legationis a sede apostolica velut historia narretur; in secunda fidei dogma, Nestoriique sententia opposita exponatur; tertia complectatur duodecim anathematismos. Dividitur in tres partes.

Posterioribus porro duabus, nihil cautius scribi potuit, nihil callidius, aut prudentius potius, vt si Nestorius subscripsisset, quod erat jussus, verbis plane contradicentibus, sua quæ docuerat, revocare nemini non aperte videretur.

Legi vtiliter vix potest, nisi prius attentius perpensæ fuerint literæ sancti Celestini datæ ad Nestorium ex synodo Romana. Habentur illæ *1. part. conc. Ephes. cap. 18.* & a nobis referentur in dissertatione *de synodis habitis in causa Nestorii.* Conjungenda cum literis summi Pontificis ad Nestorium.

ΤΩι ΕΥΛΑΒΕΣΤΑΤΩι καὶ θεοφιλεστάτῳ συλλειτουργῷ Νεστορίῳ Κύριλλος, ἡ ἡ σεωθεῖσα σύνοδος ἐν Αλεξανδρείᾳ ἐκ τῆς Αἰγυπτιακῆς διοικήσεως, ἐν κυρίῳ χαίρειν.

RELIGIOSO ET DEO amabili consacerdoti Nestorio Cyrillus, & quæ convenit apud Alexandriam synodus ex Ægyptia diœcesi, in Domino salutem.

ΤΟΥ σωτῆρος ἡμῶν λέγοντος σαφῶς· Ο φιλῶν πατέρα ἢ μητέρα ὑπὲρ ἐμὲ, οὐκ ἔστι μου ἄξιος· καὶ ὁ φιλῶν υἱὸν ἢ θυγατέρα ὑπὲρ ἐμὲ, οὐκ ἔστι μου ἄξιος· τί πάθωμεν ἡμεῖς, οἱ τοῦδε τῆς βλασφημίας ἀπαυτόμενοι, ὃ τι σφαγαπῶμεν σε τὸν πάντων ἡμῶν σωτῆρος Χριστοῦ; τίς ἡμᾶς ἐν ἡμέρᾳ κρίσεως ὀνήσαι δυνήσεται; ἢ ποίαν εὑρήσομεν ἀπολογίαν, σιωπὴν

CUM salvator noster aperte pronuntiet: *Qui diligit patrem aut matrem super me, non est me dignus; & qui diligit filium aut filiam super me, non est me dignus;* quid nos patiemur, qui deposcimur a tua religione, vt te super Christum salvatorem omnium diligamus? quid enim nobis in die judicii proderit? aut quam satisfactionem reperire poterimus, ita diuturnum silentium

I. Necessitas exigendæ satisfactionis a Nestorio pro blasphemiis, & dato Ecclesiæ scandalo. *Matth. 10. v. 37.*

de prolatis a te contra eum blasphemiis continentes? Et si quidem te tantummodo læderes, docens ista vel sentiens, solicitudo nobis minor existeret: cum vero totam scandalizaveris Ecclesiam, & fermentum insolitæ pravitatis & novæ hæresis miscueris in populis, nec tantum ibidem positis, sed vbique consistentibus, (nam tuarum expositionum libri per cuncta vulgati sunt) quæ super nostro silentio ratio vltra, vel excusationis sermo sufficiat? aut quomodo non necesse sit meminisse Christi Domini sic dicentis: *Non putetis quod venerim pacem mittere in terram, sed gladium; veni enim separare hominem adversus patrem suum, & filiam adversus matrem suam.* Nam cum læditur fides, parentum reverentia, velut inutilis & periculosa, despicitur, & amor erga filios fratresque vitatur. Ad postremum etiam * post ipsam vitam a piis viris eligitur, *vt meliorem resurrectionem*, sicut scriptum est, *consequantur.*

Matth. 10. v. 34.

* super ipsam vitam mers potius, B. Heb. 11. v. 35.

II. Quam satisfactionem exigeret Celestinus summus pontifex.

Ecce itaque te simul, cum sancta synodo, quæ apud amplam vrbem Romam congregata est, præsidente sanctissimo & venerandissimo fratre & consacerdote nostro Celestino Episcopo, his scriptis jam tertio convenimus, consilium dantes, vt a pravis abstineas distortisque dogmatibus, quæ & sentire cognosceris & docere: recipias vero fidem rectam Ecclesiis per beatissimos Apostolos & Evangelistas ab initio traditam, qui & oculis inspexerunt, & ministri Verbi fuisse monstrantur.

III. Sub qua interminatione.

Quod si hoc religio tua facere distulerit, juxta dilationem literis præfinitam sanctissimi & venerandissimi consacerdotis nostri Romanæ præsulis Ecclesiæ Celestini; scias te nullam sortem habere nobiscum, nec locum aut colloquium cum Dei sacerdotibus & Episcopis obtinere: non enim est fas contemnere nos Ecclesias ita turbatas & scandalizatos populos, fidemque rectissimam violatam, dissipatum quin etiam gregem, quem custodire debueras, siquidem juxta nos amator recti dogmatis extitisses, sanctorum Patrum vestigia pia consectans.

IV. Omnes a Nestorio abstenti propter causam, qua de agitur, recipiuntur.

Omnes itaque, quos propter fidem tua religio a communione removit, aut ab ordine suo deposuit, laicos & clericos, in nostra communione recipimus: non enim justum est eos tuis decretis opprimi, qui noverunt recta sentire, qui etiam bene fa-

οὕτω ὑμήσαντες τῷ μαχεῖν, ὅπῃ τοῖς ᾠδῇ ἃ σὺ ᾠμολόγας κατ' αὐτὸ δυσφημίας; καὶ εἰ μὲν σαυτὸν ἠδίκεις μόνον, τὰ τοιαῦτα φρονῶν καὶ διδάσκων, ἤπιον ἂν ἦν ἡ φρονῶν· ἐπειδὴ δὲ πᾶσαν ἐσκανδάλισας ἐκκλησίαν, καὶ ζύμῃν αἱρέσεως ἀήθους καὶ ξένης ἐμβέβληκας τοῖς λαοῖς· καὶ οὐχὶ τοῖς ἐκεῖσε μόνον· ἀλλὰ γὰρ καὶ τοῖς ἀπανταχοῦ πεπλανήθη τῶν σῶν ἐξηγήσεων τὰ βιβλία πόθεν ἔτι τῶν πρὸ ἡμῶν σιωπῆς ἀρκέσῃ λόγος; ἢ πῶς οὐκ ἀνάγκη μεμνῆσθαι τοῦ Χριστοῦ λέγοντος· Μὴ νομίσητε, ὅτι ἦλθον βαλεῖν εἰρήνην ἐπὶ τὴν γῆν· οὐκ ἦλθον βαλεῖν εἰρήνην, ἀλλὰ μάχαιραν; ἦλθον γὰρ διχάσαι ἄνθρωπον κατὰ τοῦ πατρὸς αὐτοῦ, καὶ θυγατέρα κατὰ τῆς μητρὸς αὐτῆς. πίστεως γὰρ ἀδικουμένης, ἐρρέτω μέν, ὡς ἔοικε καὶ ὑπόσφυρος, ἡ πρὸς γονέας αἰδώς. ἠρημείτω δὴ καὶ ὁ τοῖς τέκνοις καὶ ἀδελφοῖς φιλοστοργίας νόμος, καὶ τοῦ ζῆν ἀμείνων ἔστω λοιπὸν τοῖς εὐσεβέσιν ὁ θάνατος, ἵνα κρείττονος ἀναστάσεως τύχωσι κατὰ τὸ γεγραμμένον.

Ἰδοὺ τοίνυν ἅμα τῇ ἁγίᾳ συνόδῳ, τῇ κατὰ τὴν μεγάλην Ῥώμην συνελεγμένῃ; προεδρεύοντος τοῦ ὁσιωτάτου καὶ θεοσεβεστάτου ἀδελφοῦ, καὶ συλλειτουργοῦ ἡμῶν Κελεστίνου τοῦ ἐπισκόπου, καὶ τρίτον τοι τούτῳ ἀναμαρτυρήθα γράμματι, συμβουλεύοντες ἀποχὴν μὲν τῶν οὕτω σκαιῶν, καὶ διεστραμμένων δόγμασι, ἃ καὶ φρονεῖς καὶ διδάσκεις, ἀνάληψιν δὲ τῆς ὀρθῆς πίστιν, ἣν τὰς ἐκκλησίας παραδεδωκότες οἱ ἀπόστολοι καὶ εὐαγγελισταὶ τοῦ λόγου γεγόνασι.

Καὶ εἰ μὴ τοῦτο δράσειν ἡ σὴ εὐλάβεια, κατὰ τὴν ἐπιτεταμένην προθεσμίαν ἐν τοῖς γράμμασι τοῦ μεμνουθετήσαντος ὁσιωτάτου καὶ θεοσεβεστάτου ἀδελφοῦ, καὶ συλλειτουργοῦ ἡμῶν τοῦ τῆς Ῥωμαίων ἐκκλησίας ἐπισκόπου Κελεστίνου, γίνωσκε σαυτὸν οὐδένα κλῆρον ἔχοντα μετ' ἡμῶν, οὐδὲ τόπον, ἢ λόγον ἐν τοῖς ἱερεῦσι τοῦ Θεοῦ καὶ ἐπισκόποις. οὐδὲ γὰρ ἐνδέχεται παρειδεῖν ἡμᾶς ἐκκλησίας οὕτω τεταρυκευμένας, καὶ σκανδαλισθείσας λαοὺς, καὶ πίστιν ὀρθὴν ἀθετουμένην, καὶ ἀφανισμένα πᾶσαν τὰ ποίμνια, τοῦ σώζειν ὀφείλοντος· εἴπερ ἦσθα κατ' ἡμᾶς ὀρθῆς δόξης ἐραστὴς, τῶν τῶν ἁγίων πατέρων ἰχνηλατῶν εὐσέβειαν.

Ἅπασι δὴ τοῖς πᾶσι τῆς εὐλαβείας κεχωρισμένοις ἀφ' τῆς πίστιν, ἢ καθαιρεθῆσι λαϊκοῖς τε καὶ κληρικοῖς, κοινωνικοὶ πάντες ἐσμέν. οὐ γὰρ ἔστι δίκαιον τοὺς ὀρθὰ φρονεῖν ἐγνωκότας, σαῖς ἀδικείαις ψήφοις· ὅτι οἱ καλῶς ποιοῦντες

ἀντειρήκασι. τοῦτο γὰρ αὐτὸ καὶ ἐμεμήνυκας ἐν τῇ ἐπιστολῇ τῇ γραφείσῃ παρὰ σοῦ πρὸς τὸν τῆς μεγάλης Ῥώμης ἀρχιεπίσκοπον, καὶ συνεπίσκοπον ἡμῶν Κελεστῖνον.

Οὐκ ἀρκέσει δὴ τῇ σῇ εὐλαβείᾳ ὁ συνομολογῆσαι μόνον ὃ τῆς πίστεως σύμβολον, ὃ ἐκ τετάρων καὶ κατὰ τὸν ἅγιον πνεῦμα παρὰ τῆς ἁγίας καὶ μεγάλης συνόδου, τῆς καὶ κατὰ συναχθείσης ἐν τῇ Νικαέων. γνόντας γὰρ, καὶ ἠρμηνεύθησας οὐκ ὀρθῶς αὐτὸ, διεστραμμένως δὲ μᾶλλον, κἂν ὁμολογῇς τῇ φωνῇ τὸν λέξιν. Ἀλλὰ γὰρ ἀκόλουθον ἐξεφώνησας καὶ ἀναμότως ὁμολογῆσαι, ὅτι καὶ ἀναθεματίζεις μὲν τὰ μιαρὰ σαυτῷ καὶ βέβηλα δόγματα· φρονήσεις δὲ καὶ διδάξεις, ἃ καὶ ἡμεῖς πάντες, οἵ τε κατὰ τὸν ἑσπέραν, καὶ τὸν ἑῷαν ἐπίσκοποι, καὶ διδάσκαλοι, καὶ λαῶν ἡγεμόνες.

Συνέθετο δὲ καὶ ἡ κατὰ τὸν Ῥώμης ἁγία σύνοδος, καὶ ἡμεῖς ἅπαντες, ὡς ὀρθῶς ἐγραψας καὶ ἀνεπιλήπτως, τοῖς γεγραφείσαις ἐπιστολαῖς πρὸς τὸν σὸν εὐλάβειαν παρὰ τῆς Ἀλεξανδρέων ἐκκλησίας. Ὑποτεταξάμεθα δὲ τούτοις ἡμῶν τοῖς γράμμασιν, ἃ τε δεῖ φρονεῖν καὶ διδάσκειν, καὶ ὧν ἀπέχεσθαι προσήκει.

Αὕτη γὰρ τῆς καθολικῆς καὶ ἀποστολικῆς ἐκκλησίας ἡ πίστις, ἣν συναινοῦσιν ἅπαντες, οἵ τε κατὰ τὸν ἑσπέραν, καὶ τὸν ἑῷαν, ὀρθόδοξοι ἐπίσκοποι· Πιστεύομεν Εἰς ἕνα Θεὸν πατέρα παντοκράτορα, πάντων ὁρατῶν τε καὶ ἀοράτων ποιητήν. καὶ Εἰς ἕνα κύριον Ἰησοῦν Χριστὸν, τὸν υἱὸν τοῦ Θεοῦ τὸν μονογενῆ, γεννηθέντα ἐκ τοῦ πατρὸς, τοῦτ' ἔστιν, ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ πατρός· Θεὸν ἐκ Θεοῦ, φῶς ἐκ φωτὸς, Θεὸν ἀληθινὸν ἐκ Θεοῦ ἀληθινοῦ· γεννηθέντα, οὐ ποιηθέντα· ὁμοούσιον τῷ πατρὶ· δι' οὗ τὰ πάντα ἐγένετο, τά τε ἐν τῷ οὐρανῷ, καὶ τὰ ἐν τῇ γῇ· τὸν δι' ἡμᾶς τοὺς ἀνθρώπους, καὶ διὰ τὴν ἡμετέραν σωτηρίαν κατελθόντα, καὶ σαρκωθέντα, καὶ ἐνανθρωπήσαντα· παθόντα καὶ ἀναστάντα τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ· ἀνελθόντα εἰς τοὺς οὐρανοὺς, ἐρχόμενον κρῖναι ζῶντας καὶ νεκρούς. καὶ Εἰς τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον. τοὺς δὲ λέγοντας· Ἦν ποτε, ὅτε οὐκ ἦν, καὶ πρὶν γεννηθῆναι οὐκ ἦν, καὶ ὅτι οὐκ ὄντων ἐγένετο, ἢ ἐξ ἑτέρας ὑπάρξεως ὑποστάσεως, ἢ οὐσίας, φάσκοντας εἶναι, καὶ τρεπτὸν ἢ ἀλλοιωτὸν υἱὸν τοῦ Θεοῦ, τούτους ἀναθεματίζει ἡ καθολικὴ καὶ ἀποστολικὴ ἐκκλησία.

Ἑπόμενοι δὲ πάντα χρὴ τοῖς ἁγίων πατέρων ὁμολογίαις, αἳ πεποίηνται, λαλουντῶν ἐν αὐτοῖς τοῦ ἁγίου πνεύματος, καὶ τῶν ἐν αὐτοῖς ἐννοιῶν

cientes tibi prudentissime restiterunt: hoc idem namque in epistola, quam misisti ad præsulem amplæ Romæ sanctum & coepiscopum nostrum Celestinum, significare curasti.

V. Forma exhibendæ satisfactionis a Nestorio.

Non autem sufficit tuæ religioni solummodo fidei symbolum confiteri, quod expositum est per idem tempus, Sancti spiritus largitate, a venerando & magno concilio apud Nicæam congregato: hoc enim nec intellexisti, nec recte interpretatus es, perversæ licet sono vocis eadem verba protuleris. Sed consequens est, vt jurejurando fatearis, quod anathematizes quidem tua polluta & profana dogmata; sentias autem & doceas, quæ nos vniversi, sive per Orientem, sive per Occidentem, Episcopi & magistri, præsulesque populorum credimus & docemus.

VI. Observa de epistolis duabus prioribus Cyrilli.

Epistolis autem ab Alexandrina tuæ religioni directis Ecclesia consensum præbuit, tam ea, quæ apud vrbem Romam convenit sancta synodus, quam etiam nos omnes, velut recte, irreprehensibiliterque conscriptis. Subdidimus autem his nostris literis, quæ te sentire oporteat & docere, & a quibus abstinere conveniat.

VII. Symbolum Nicænum.

Hæc est enim fides apostolicæ & catholicæ Ecclesiæ, cui cuncti consentiunt orthodoxi per Orientem Occidentemque Pontifices: *Credimus in vnum Dominum, Patrem omnipotentem, omnium visibilium & invisibilium conditorem. Et in vnum Dominum* JESUM CHRISTUM, *filium Dei, natum de Patre vnigenitum, hoc est, de substantia Patris, Deum ex Deo, lumen ex lumine, Deum verum ex Deo vero, natum, non factum, ὁμοούσιον Patri, hoc est, vnius cum Patre substantiæ, per quem omnia facta sunt in cælo & in terra, qui propter nos homines, & propter nostram salutem descendit, & incarnatus est, & homo factus est, passus est, & resurgens tertia die ascendit in cælos, vnde venturus est judicare vivos & mortuos. Et in spiritum sanctum. Eos autem, qui dicunt: Erat tempus quando non erat, & antequam nasceretur non erat, & quia ex nullis extantibus factus est, aut ex alia substantia vel essentia, dicentes esse aut convertibilem & commutabilem filium Dei; anathematizat catholica & apostolica Ecclesia.*

VIII. Explicatio catholica symboli.

Sequentes itaque per omnia sanctorum Patrum confessiones, quas loquente in eis sancto spiritu, protulerunt, & intentioni, quæ est in eorum intellectibus

æquis vestigiis inhærentes, atque iter ambulantes regium, profitemur quod ipse vnigenitus Dei Verbum Deus, natus ex ipsa Patris essentia, de Deo vero Deus verus, lumen de lumine, per quem omnia facta sunt, sive in cælis, sive in terra, salutis nostræ causa descendens, ad exinanitionem sese dignatus est inclinare, incarnatus autem & homo factus, id est, carnem de Virgine sancta susciplens, eamque sibi propriam faciens, nativitatem nostram ex vulva sustinuit, homo de muliere procedens, nec quod erat abjiciens: nam licet factus sit in assumptione carnis & sanguinis, tamen etiam sic quod erat, Deus natura scilicet & veritate, perstitit.

IX. Quæ catholicorum dicta vestorius criminaretur.

Nec carnem itaque dicimus in naturam deitatis esse conversam, nec in substantiam carnis ineffabilem Dei Verbi essentiam commutatam: inconvertibilis etenim est, & incommutabilis, *idemque ipse*, juxta Scripturas, *jugiter permanens*. Visus est autem & parvulus, sed potius adhuc in cunabulis, & in sinibus genitricis Virginis constitutus, vniversam creaturam replebat vt Deus, genitori suo indivisus existens: quod divinum est enim, sine quantitate & sine mole cognoscitur, nec vllis terminis continetur.

Psal. 101. v. 28.

X. Quæ ipse contra catholicam fidem doceret.

Unitum ergo carni Verbum *secundum subsistentiam* confitentes, vnum adoramus filium, Dominum JESUM CHRISTUM, non seorsum ponentes & determinantes hominem & Deum, velut invicem *sola dignitatis & auctoritatis vnitate* conjunctos: hæc enim novitas vocis est, & aliud nihil. Nec item Christum specialiter nominantes Deum Verbum, quod ex Deo est; nec alterum similiter Christum specialiter, qui de muliere natus est, sed vnum solummodo Christum Dei Patris Verbum, cum propria carne cognoscimus. Tunc enim vt homo, juxta nos, vnctus est, quamvis spiritum dignis ipse contulerit, sed *non ad mensuram*, sicut beatus Evangelista Joannes asseruit.

Joan. 3. v. 33.

XII. Quod Incarnatio non sit pura, ἐνοίκησις

Sed nec illud dicimus, quod Dei Verbum veluti in homine communi, qui de sancta Virgine natus est, habitarit, ne *Deum homo Christus habitatorem possidere* credatur. Quamvis enim *Verbum habitaverit in nobis*, & dictum sit, in Christo *habitare omnem plenitudinem deitatis corporaliter*; haud tamen intelligimus, quod caro factus, sicut in sanctis habitare dicatur,

Joan. 1. v. 14.

Col. 2. v. 9.

ἰχνηλατοῦντες σκοπὸν, καὶ βασιλικὴν ὥσπερ ἐρχόμεθα τρίβον, φαμὲν, ὅτι αὐτὸς ὁ μονογενὴς τοῦ Θεοῦ λόγος, ὁ ἐξ αὐτῆς γνησιοῦς τῆς οὐσίας τοῦ πατρὸς, ὁ ἐκ Θεοῦ ἀληθινοῦ Θεὸς ἀληθινὸς, τὸ φῶς τὸ ἐκ φωτὸς, ὁ δι' οὗ τὰ πάντα ἐγένετο, τά τε ἐν τῷ οὐρανῷ, καὶ τὰ ἐν τῇ γῇ, τῆς ἡμετέρας ἕνεκα σωτηρίας κατελθὼν, καὶ κενῶσαι ἑαυτὸν εἰς κένωσιν, ἐγκλίθη τε, καὶ ἐνανθρωπήσασε, τουτ' ἔστι, σάρκα λαβὼν ἐκ τῆς ἁγίας παρθένου, καὶ ἰδίαν αὐτὴν ποιησάμενος ἐκ μήτρας, τὴν καθ' ἡμᾶς ὑπεμείνε γένεσιν, καὶ προελθὼν ἀνθρωπος ἐκ γυναικὸς, οὐχ ὅσον ἐξ ἀποβεβληκὼς, ἀλλ' εἰ καὶ γέγονεν ἐν προσλήψει σαρκὸς καὶ αἵματος, καὶ οὕτω μεμενηκὼς ὅσον ἐξ, Θεὸς δηλονότι φύσει καὶ ἀληθείᾳ.

Οὔτε οὖν τὴν σάρκα φαμὲν εἰς θεότητος βεβηκέναι φύσιν, οὔτε μὴν σαρκὸς εἰς φύσιν, τὴν ἀπόρρητον Θεοῦ λόγου παραλλοιῶσαι φύσιν. ἄτρεπτος γὰρ ἐστι, καὶ ἀναλλοίωτος πεφυκὼς μὲν ὁ αὐτὸς ἀεὶ ὢν κατὰ τὰς γραφάς. ὁρώμενος δὲ, καὶ βρέφος ἐν σπαργάνοις μένων ἔτι, καὶ ἐν κόλποις τῆς τεκούσης παρθένου, πᾶσαν ἐπλήρου τὴν κτίσιν, ὡς Θεὸς, καὶ συνέδρος ὢν τῷ γεννήσαντι. τὸ γὰρ θεῖον, ἀπόσον τέ ἐστι, καὶ ἀμέγεθες, καὶ περιορισμὸν οὐκ ἀνέχει.

Ηνωμένην γε μὴν σαρκὶ καθ' ὑπόστασιν ὁμολογοῦντες τὸν λόγον, ἕνα προσκυνοῦμεν υἱόν, καὶ κύριον Ιησοῦν Χριστὸν, οὔτε αὐτὰ μέρος διαιροῦντες, καὶ διαιροῦντες ἀνθρωπον καὶ Θεὸν, οὔτε συνημμένους μᾶλλον ἀλλήλοις τῇ τῆς ἀξίας καὶ αὐθεντίας ἑνότητι. καινοφωνία γὰρ τοῦτο, καὶ ἕτερον οὐδέν. οὔτε μὴν Χριστὸν ἰδικῶς ὀνομάζοντες, τὸν ἐκ Θεοῦ λόγον, καὶ ὁμοίως ἰδικῶς Χριστὸν ἕτερον, τὸν ἐκ γυναικός· ἀλλ' ἕνα μόνον εἰδότες Χριστὸν, τὸν ἐκ Θεοῦ πατρὸς λόγον μετὰ τῆς ἰδίας σαρκός. τότε γὰρ ἀνθρωπίνως κεχρίσται καθ' ἡμᾶς, καίτοι τοῖς ἀξίοις τὰ λαβεῖν τὸ πνεῦμα δίδοσι αὐτὸς, καὶ οὐκ ἐκ μέτρου, καθά φησιν ὁ μακάριος εὐαγγελιστὴς Ιωάννης.

Αλλ' οὐδὲ ἐκεῖνο φαμὲν, ὅτι κατῴκησεν ὁ ἐκ Θεοῦ λόγος, ὡς ἐν ἀνθρώπῳ κοινῷ, τῷ ἐκ τῆς ἁγίας παρθένου γεννηθέντι, ἵνα μὴ θεοφόρος ἄνθρωπος νοοῖτο Χριστός. Εἰ γὰρ καὶ ἐσκήνωσεν ἐν ἡμῖν ὁ λόγος· Εἴρηται δὲ καὶ ἐν Χριστῷ κατοικῆσαι πᾶν τὸ πλήρωμα τῆς θεότητος σωματικῶς· ἀλλ' οὐκ ἐνοῦμεν, ὅτι γυμνὸς σὰρξ, οὐχ ὥσπερ ἐν τοῖς ἁγίοις κατοικῆσαι λέγεται,

κτ᾽ τ᾽ ἴσον καὶ ἐν αὐτῷ τόπον λαμβάνειν ὁρίζομθα τ᾽ κατοίκησιν. ἀλλ᾽ ἑνωθεὶς κτ᾽ φύσιν, καὶ σὰρξ εἰς σάρκα ῥαπεὶς, τοιαύτην ἐποιήσατο τ᾽ κατοίκησιν, ἣν αὐ ἔχειν λέγοιτο ὁ ἡ ἴδ᾽ αὐθρώπου ψυχὴ πρὸς ὃ ἴδιον ἑαυτῆς σῶμα.

Εἷς ἄρα Χριστὸς καὶ υἱὸς ὁ κύριος, οὐχ ὡς συναφείαν ἁπλῶς τινὰ ὡς Θεὸν, ἑνότητα τῆς ἀξίας, ἤγουν αὐθεντίας, ἔχοντος αὐθρώπου πρὸς Θεόν. οὐ γὰρ ἐνοῖ τὰς φύσεις ἡ ἰσοτιμία. ὁ γοῦν Πέτρος τε καὶ Ἰωάννης ἰσότιμοι μ᾽ ἀλλήλοις, καθὸ ὁ ἀπόστολοι καὶ ἅγιοι μαθηταί· πλὴν οὐχ εἷς οἱ δύο. οὔτε μὴν κτ᾽ προσθήσεσιν τὴν τ᾽ συναφείας νοοῦμθν τόπον· σὰρξ ἀπέχει γὰρ τοῦτο πρὸς ἕνωσιν φυσικήν. οὔτε μὴν ὡς κτ᾽ μέθεξιν σχετικὴν, ὡς ὁ ἡμεῖς κολλώμθνοι τῷ κυρίῳ κτ᾽ τῷ γεγραμμθνον· Εν πνεῦμά ἐσμθν πρὸς αὐτόν.

Μᾶλλον δὲ τὸ τῆς συναφείας ὄνομα παραιτούμεθα, ὡς σὰρξ ἔχον ἀκμὰς σημαίνειν τ᾽ ἕνωσιν.

Αλλ᾽ οὐδὲ Θεὸν, ἢ δεσπότην τοῦ Χριστοῦ τ᾽ ἐκ Θεοῦ πατρὸς λόγον ὀνομάζομθν· ἵνα μὴ πάλιν ἀναφαμθν τέμνωμθν εἰς δύο τ᾽ ἕνα Χριστὸν, τ᾽ υἱὸν καὶ κύριον, ὁ δυσφημίας ἐγκλήματι περιπέσωμθν, Θεὸν ἑαυτῷ καὶ δεσπότην ποιοῦντες αὐτόν. ἑνωθεὶς γὰρ, ὡς ἤδη προεῖπομθν, ὁ τοῦ Θεοῦ λόγος σαρκὶ κατ᾽ ὑπόστασιν, Θεὸς μὲν ἐστι τ᾽ ὅλων, δεσπόζει τοῦ πάντος· οὔτε τοῦ αὐτὸς ἑαυτῷ δοῦλός ἐστιν, οὔτε δεσπότης. δῆλος γὰρ, μᾶλλον δὲ ἤδη ὁ δυσεβὲς, ὃ οὕτω φρονῶν ὁ λέγειν. ἔφη μὲν γὰρ Θεὸν ἑαυτῷ τ᾽ πατέρα καίτοι Θεὸς ὢν φύσει, καὶ οὐκ τ᾽ οὐσίας αὐτοῦ. ἀλλ᾽ οὐκ ἠγνοήκαμθν, ὅτι μὴ τοῦ μείναι Θεὸς καὶ αὐθρωπος γέγονεν ὑπὸ Θεῷ, κατά γε τ᾽ πρέποντα νόμον τῆς τ᾽ αὐθρωπότητος φύσει· αὐτὸς τοῦ ἑαυτῷ πῶς ἂν γένοιτο Θεὸς ἢ δεσπότης. οὐκοῦν, ὡς αὐθρωπος, καὶ ὅσον ἦκεν εἰς γε ὁ πρέπον τῆς τ᾽ κενώσεως μέτρις, ὑπὸ Θεῷ μὴ ἡμῖν ἑαυτὸν εἶναι φησιν. οὕτω γέγονε ὁ ὑπὸ νόμον, καίτοι λαλήσας αὐτὸς τ᾽ νόμον, ὁ νομοθέτης ὑπάρχων, ὡς Θεός.

Παραιτούμθα τοῦ λέγειν ὅτι Χριστοῦ· Διὰ τ᾽ φερομένα, τ᾽ φερόμθνον σέβω· ἀφ᾽ ὧν ἀόρατον προσκυνῶ τ᾽ ὁρώμθνον. φευκτὸν δὲ πρὸς τούτοις κἀκεῖνο εἰπεῖν· Ο ληφθεὶς ὑπὸ λαβόντι συγκρηματίζει Θεός. ὁ γὰρ τοῦτο λέγων διαστέμνει πάλιν εἰς δύο Χριστὸν, καὶ αὐθρωπον ἴσησιν διὰ μέρους ἰδικῶς, καὶ Θεὸν ὁμοίως. ἀρνεῖται γὰρ ὁμολογουμθνῶς τὴν ἕνωσιν, καθ᾽

catur, nec talem in ipso habitationem factam definire tentavimus; sed vnitus juxta naturam, nec in carnem penitus commutatus, talem sibi fecit habitationem, qualem & anima hominis habere creditur ad proprium corpus.

XII. Quod Christus substantialiter vnus.

Unus igitur est Christus, filius & Dominus, non velut conjunctionem quamlibet, quæ in vnitate dignitatis & auctoritatis, homine habente ad Deum: non enim potest vnire naturas sola dignitatis æqualitas, namque Petrus & Joannes æqualis sunt in alterutrum dignitatis, propter quod & Apostoli & sancti discipuli esse monstrantur; verumtamen vterque non vnus est. Nec juxta collationem vel connexionem, modum conjunctionis advertimus: hoc enim ad vnitatem non sufficit NATURALEM; nec secundum participationis effectum, sicut nos etiam adhærentes Domino, vnus cum ipso spiritus sumus. *1. Cor. 6. v. 17.*

XIII. De nomine συναφείας.

Imo potius conjunctionis nomen evitamus, tanquam non existens idoneum, quod significet vnitatis arcanum.

XIV. Quod Verbum non sit Christi dominus.

Sed neque *Deum aut dominum Christi Verbum* Dei Patris asserimus, ne iterum manifestius in duos dividamus vnum Christum filium & dominum, & in crimen sacrilegii recidamus, Deum illum sui ipsius facientes & dominum: vnitus quippe, sicut superius diximus, Deus Verbum carni SECUNDUM SUBSTANTIAM, Deus quidem est omnium & dominator vniversitatis; verumtamen nec servus est sibi ipsi, nec dominus, quia ineptum est, vel potius impium, hoc sentire, vel dicere: quamvis enim Deum suum Patrem dixerit, cum Deus sit etiam ipse natura, & de illius essentia; tamen nullatenus ignoramus, quod manens Deus, homo quoque factus sit, qui sub Deo juxta debitam legem naturæ humanitatis existeret; ipse vero sibi, quomodo vel Deus poterit esse vel dominus. Ergo sicut homo, quantum decenter exinanitionis mensuræ congruit, sub Deo se nobiscum esse disseruit. Hoc etiam modo *sub lege factus est*, quamvis ipse promulgaverit legem, & legislator vt Deus extiterit. *Gal. 4. v. 4.*

XV. De communicatione venerationis.

Cavemus autem de Christo dicere: *Propter assumentem veneror assumptum, & propter invisibilem adoro visibilem.* Horrendum vero super hoc etiam illud adjicere: *Is qui susceptus est, cum eo qui suscepit, connuncupatur Deus.* Qui enim hæc dicit, dividit iterum in duos Christos eum qui vnus est, hominem seorsum in parte, & Deum similiter in parte constituens: evidenter enim denegat vnitatem, se-

cundum quam non alter cum altero adoratur, aut connuncupatur Deus, sed vnus intelligitur Christus JESUS filius Dei vnigenitus, vna servitute cum propria carne venerandus.

XVI. Quod vere Deus passus dicatur & mortuus.

Confitemur etiam, quod idem ipse qui ex Deo Patre Filius natus est vnigenitus Deus, licet juxta naturam suam expers passionis extiterit, pro nobis tamen, secundum Scripturas, CARNE PERPESSUS SIT, & erat in crucifixo corpore propriæ carnis IMPASSIBILITER ad se referens passiones: *Gratia vero Dei pro omnibus gustavit mortem*, tradens ei proprium corpus, quamvis naturaliter ipse vita sit, & resurrectio mortuorum. Nam vt mortem ineffabili potentia proculcaret, ac primus in sua carne primogenitus ex mortuis fieret & primitiæ dormientium, humanæ naturæ ad incorruptionis recursum, *gratia Dei*, vt supra dictum est, *pro omnibus gustavit mortem*, & tertio die resurgens spoliavit infernum.

1. Petr. 4. v. 1.

Heb. 2. v. 9.

Ibidem.

XVII. Quomodo per hominem resurrectio mortuorum.

Idcirco quamvis dicatur, quod *per hominem facta sit resurrectio mortuorum*, tamen intelligimus hominem factum Verbum, quod ex Deo est, & per ipsum *mortis imperium fuisse destructum*. Veniet autem temporibus præfinitis, sicut *est vnus filius & dominus in gloria Patris, vt judicet orbem terrarum in æquitate*, sicut Scriptura testatur.

1. Cor. 15. v. 21.

Heb. 2. v. 14.

Act. 17. v. 31.

XVIII. De carne Christi vivifica.

Necessario igitur & hæc adjicimus: annuntiantes enim secundum carnem mortem vnigeniti filii Dei, id est, JESU CHRISTI, & resurrectionem ejus, & in cælis ascensionem pariter confitentes, incruentam celebramus in Ecclesiis sacrificii servitutem; sic etiam ad mysticas benedictiones accedimus, & sanctificamur participes corporis & pretiosi sanguinis Christi omnium nostrum redemptoris, effecti, non vt communem carnem recipientes, quod absit, nec vt viri sanctificati, & Verbo conjuncti secundum dignitatis vnitatem, aut sicut divinam possidentis habitationem, sed vt vere vivificatricem, & ipsius Verbi Dei propriam factam: vita enim naturaliter vt Deus existens, quia propriæ carni vnitus est, vivificatricem eam esse professus est. Et ideo quamvis dicat ad nos: *Amen amen dico vobis, nisi manducaveritis carnem filii hominis, & biberitis ejus sanguinem*, &c. non tamen eam vt vnius hominis ex nobis æstimare debemus: quomodo enim juxta naturam suam vivificatrix esse caro hominis poterit? Sed vt vere propriam ejus factam, qui propter nos filius ho-

Ioan. 6. v. 53.

ἐῶ οὐχ ὡς ἕτερος σὺν ἑτέρῳ συμπροσκυνούμενος· οὔτε μὴν συζηματίζῃ Θεός· ἀλλ' εἷς νοῆται Χριστὸς Ἰησοῦς, υἱὸς μονογενής, μιᾷ προσκυνήσει τιμώμενος μετὰ τῆς ἰδίας σαρκός.

Ὁμολογοῦμεν δέ, ὅτι αὐτὸς ὁ ἐκ Θεοῦ πατρὸς γεννηθεὶς υἱὸς, καὶ Θεὸς μονογενής· καίτοι κατὰ φύσιν ἰδίαν ὑπάρχων ἀπαθὴς, σαρκὶ πεπονθὼς ὑπὲρ ἡμῶν, καθὰ γεγραπται· καὶ ἐῶ ὅν σταυρωθέντι σώματι τὰ τῆς ἰδίας σαρκὸς ἀπαθῶς οἰκειούμενος πάθη, γεύσαντι δὲ Θεοῦ, καὶ ὑπὲρ παντὸς ἐγεύσατο θανάτου, δίδοὺς αὐτῷ τὸ ἴδιον σῶμα, καίτοι κατὰ φύσιν ὑπάρχων ζωὴ, καὶ αὐτὸς ὢν ἡ ἀνάστασις. ἵνα γὰρ ἀῤῥήτῳ δυνάμει πατήσας τὸν θάνατον, ὡς ἔν γε δὴ πρωτοτόκῳ τῇ ἰδίᾳ σαρκὶ, γένηται πρωτότοκος ἐκ νεκρῶν, καὶ ἀπαρχὴ τῶν κεκοιμημένων· ὀδοποιήσῃ τε τῇ τοῦ ἀνθρώπου φύσει τὸν εἰς ἀφθαρσίαν ἀναδρομὴν χάριτι Θεοῦ, καθάπερ ἔφημεν ἀρτίως, ὑπὲρ παντὸς ἐγεύσατο θάνατον· τεταμέρεσε δὲ ἀνεβίω σκυλεύσας τὸν ἅδην.

Ὥστε κἂν λέγῃ δι' ἀνθρώπου γενέσθαι τὴν ἀνάστασιν τῶν νεκρῶν, ἀλλὰ νοοῦμεν ἀνθρώπειν τὸν ἐκ Θεοῦ γεγενημένον λόγον· καὶ γενέσθαι δι' αὐτοῦ τὸν θανάτου τὸ κράτος· ἥξει δὲ κατὰ καιροὺς, ὡς εἷς υἱὸς καὶ κύριος, ἐν τῇ δόξῃ τοῦ πατρὸς, ἵνα κρίνῃ τὸν οἰκουμενικὸν ἐν δικαιοσύνῃ, καθά γέγραπται.

Ἀναγκαῖος δὲ κἀκεῖνο προσθήσομεν· καταγγέλλοντες γὰρ τὸν κατὰ σάρκα θάνατον τοῦ μονογενοῦς υἱοῦ τοῦ Θεοῦ, τοῦτ' ἔστιν, Ἰησοῦ Χριστοῦ, τὸν τε ἐκ νεκρῶν ἀνάστασιν, καὶ τὸν εἰς οὐρανοὺς ἀνάληψιν ὁμολογοῦντες, τὸν ἀναίμακτον ἐν ταῖς ἐκκλησίαις τελοῦμεν θυσίαν· προσιόμεν τε οὕτω τῇ μυστικῇ εὐλογίᾳ καὶ ἁγιαζόμεθα, μέτοχοι γενόμενοι τῆς τε ἁγίας σαρκὸς, καὶ τοῦ τιμίου αἵματος τοῦ πάντων ἡμῶν σωτῆρος Χριστοῦ· καὶ οὐχ ὡς σαρκα κοινὴν δεχόμεθα, μὴ γένοιτο· οὔτε μὴν ὡς ἀνδρὸς ἡγιασμένου, καὶ συναφθέντος τῷ λόγῳ κατὰ τὴν ἑνότητα τῆς ἀξίας, ἤγουν ὡς θείαν οἰκοῦντος ἐγκατοικήσιν· ἀλλ' ὡς ζωοποιὸν ἀληθῶς, καὶ ἰδίαν αὐτοῦ τοῦ λόγου. ζωὴ γὰρ ὢν κατὰ φύσιν ὡς Θεὸς, ὁπόταν γένηται ἓν πρὸς τὴν ἑαυτοῦ σάρκα, ζωοποιὸν ἀπέφηνεν αὐτήν. ὥστε κἂν λέγῃ πρὸς ἡμᾶς· Ἀμὴν ἀμὴν λέγω ὑμῖν· ἐὰν μὴ φάγητε τὴν σάρκα τοῦ υἱοῦ τοῦ ἀνθρώπου, καὶ πίητε αὐτοῦ τὸ αἷμα· οὐχ ὡς ἀνθρώπου τοῦ καθ' ἡμᾶς ἑνὸς, καὶ αὐτῷ τῇ εἰ λογοῦμεθα. πῶς γὰρ ἡ ἀνθρώπου σὰρξ, ζωοποιὸς ἔσται, κατὰ φύσιν τὴν ἑαυτῆς; ἀλλ' ὡς ἰδίαν ἀληθῶς γενομένην τοῦ δι' ἡμᾶς καὶ υἱοῦ καὶ

ἀνθρώπου γεγενῆσθαί τε καὶ γεγραπτέσθαι.

Τὰς δέ γε ἐν τοῖς εὐαγγελίοις σωτῆρος ἡμῶν φωνὰς, οὔτε ἐπιτρέπομεν δυοῖν, οὔτε μιᾷ προσώποις καταμερίζομεν. οὗτος γὰρ ἐστι δίπλοις ὁ εἷς καὶ μόνος Χριστὸς, κἂν ἐκ δύο νοῆται καὶ διαφόρων πραγμάτων, εἰς ἑνότητα τὴν ἀμέριστον συνειλεγμένος, καθάπερ ἀμέλει, καὶ ἀνθρωπος ἐκ ψυχῆς νοῆται καὶ σώματος, καὶ οὐ διπλοῖς μᾶλλον, ἀλλ' εἷς ἐξ ἀμφοῖν· ἀλλὰ τάς γε ἀνθρωπίνας, τὰς πρὸς γε τοῦτο τὰς θείας, περὶ ἑνὸς εἰρῆσθαι, διαλαμβάνομεν φρονοῦντες ὀρθῶς. ὅταν μὲν γὰρ θεοπρεπῶς λέγῃ περὶ ἑαυτοῦ· Ὁ ἑωρακὼς ἐμὲ, ἑώρακε τὸν πατέρα. καὶ· Ἐγὼ καὶ ὁ πατὴρ ἕν ἐσμεν. τὴν θείαν αὐτοῦ καὶ ἀπόῤῥητον ἐννοοῦμεν φύσιν, καθ' ἣν καὶ ἕν ἐστι πρὸς τὸν ἑαυτοῦ πατέρα διὰ τὴν ταυτότητα τῆς οὐσίας, εἰκόντε καὶ χαρακτὴρ, καὶ ἀπαύγασμα τῆς δόξης αὐτοῦ. ὅταν δὴ τὸ τῆς ἀνθρωπότητος μέτρον οὐκ ἀπημαλγῶν, τοῖς Ἰουδαίοις προσλαλῇ· Νῦν δέ με ζητεῖτε ἀποκτεῖναι ἄνθρωπον, ὃς τὴν ἀλήθειαν ὑμῖν λελάληκα. πάλιν τοίνυν κἀνταῦθα, αὐτὸν τὸν ἐν ἰσότητί τε, καὶ ὁμοιότητι τοῦ παρ' ἡμῖν Θεὸν λόγον, καὶ οὐκ ἀθρόον τὸ τῆς ἀνθρωπότητος αὐτοῦ μέτρον, ἐπιγινώσκομεν. Εἰ γὰρ ἔστιν ἀναλογίαν τοῦ πιστεύειν, ὅτι κατὰ φύσιν Θεὸς ὢν γέγονε σὰρξ, ἤγουν ἀνθρωπος ἐμψυχωμένος ψυχῇ λογικῇ· ποῖον ἂν ἔχοι λόγον τὸ ἐπαισχύνεσθαί τινα τῶν περὶ αὐτοῦ φωνῶν, εἰ γεγένηται ἀνθρωποπρεπῶς; εἰ γὰρ τοιοῦτοι τοῖς ἀνθρώπου πρέποντας λόγοις, τίς ὁ ἀναλήσας ἀμφέβολος καθ' ἡμᾶς ἄνθρωπος; ὁ δὲ καθεὶς ἑαυτὸν δι' ἡμᾶς εἰς ἐκούσιον κένωσιν, ἀπὸ ποίαν ἀμφιβολίαν τοιοῦτον αὖ τοῖς τῇ κενώσει πρέποντας λόγοις; ἐνὶ τοιχρόνῳ προσώπῳ τὰς ἐν τοῖς εὐαγγελίοις πάσας ἀναθετέον φωνὰς, ἐπιτρέπουσαν μιᾷ τῇ τοῦ λόγου σεσαρκωμένῃ. κύριος γὰρ Ἰησοῦς Χριστὸς, εἷς κατὰ τὰς γραφάς.

Εἰ δὴ καλοῖτο καὶ ἀπόστολος, καὶ ἀρχιερὰς τῆς ὁμολογίας ἡμῶν, ὡς ἱεραυργῶν τῷ Θεῷ καὶ πατρὶ τὴν παρ' ἡμῶν αὐτῷ τε καὶ δι' αὐτοῦ τῷ Θεῷ καὶ πατρὶ προσκομιζομένῳ τῆς πίστεως ὁμολογίαν, καὶ μίαν καὶ εἰς τὸ ἄγιον πνεῦμα· πάλιν αὐτὸν εἶναί φαμεν, τὸν ἐκ Θεοῦ κατὰ φύσιν, μονογενῆ, καὶ οὐκ ἀνθρώπῳ προσνέμομεν, πρὸς αὐτὸν ἑτέρῳ, τό τε τῆς ἱερωσύνης ὄνομα, καὶ αὐτὸ δὲ χρῆμα· Γέγονε γὰρ μεσίτης Θεοῦ καὶ ἀνθρώπων, καὶ διαλλακτὴς εἰς εἰρήνην· ἑαυτὸν ἀνάλωσεν εἰς ὀσμὴν εὐωδίας τῷ Θεῷ καὶ πατρί. τοιγαροῦν καὶ ἔφασκε· Θυσίαν

minis & factus est & vocatus.

Eas autem voces, quas Salvator noster in Evangeliis protulit, non in duabus subsistentiis, aut personis omnino partimur: non enim duplex est vnus Christus & solus, quamvis ex duabus diversisque rebus ad vnitatem cognoscatur individuam convenisse; sicut homo quoque ex anima constans & corpore, non duplex potius, sed vnus est ex vtroque: humanas ergo & divinas insuper voces ab vno Christo dictas, animadvertentes recte sentimus, cum enim Deo dignissime loquitur de se ipso: *Qui me videt, videt & Patrem.* &: *Ego & Pater vnum sumus.* Divinam ejus intelligimus, ineffabilemque naturam, secundum quam vnum est cum Patre suo, propter vnam eamdemque substantiam, *imago & character splendorque gloriæ ejus existens.* Cum vero humanæ naturæ mensuram nullatenus inhonorans Judæos alloquitur: *Nunc me quæritis occidere hominem, qui veritatem vobis locutus sum;* non minus eum, qui in similitudine & æqualitate Patris est, Deum Verbum etiam in mensuris humanitatis ejus agnoscimus. Si autem necessario creditur, quod natura Deus existens factus est caro, imo potius homo animatus anima rationali, quæ causa est, vt in eis quilibet vocibus erubescat, si eas homine dignas effatus est? Quod si sermones homini congruentes abjiciat, juxta nos hominem fieri quis coegit? Cum vero se propter nos ad exinanitionem spontaneam misericorditer inclinarit, quam ob causam dignos exinanitione sermones effugerit? Uni igitur personæ cunctas ejus in Evangelio voces ascribimus, subsistentiæ Verbi scilicet incarnati, quia vnus est Dominus JESUS CHRISTUS, vt scriptum est.

XIX. De communicatione idiomatum.

Joan. 14. v. 9.

Joan. 10. v. 30.

Heb. 1. v. 3.

Joan. 7. v. 1.

Appellatum vero *Apostolum & Pontificem confessionis nostræ*, tanquam sacrificantem Deo & Patri fidei nostræ confessionem, quæ a nobis ipsi & per ipsum Deo & Patri incessanter offertur. Iterum cum dicimus, qui ex Deo est secundum naturam Filius vnigenitus, nec homini præter eum alteri sacerdotii nomen & officium deputamus: *Factus est* enim *mediator Dei & hominum, & reconciliator ad pacem, semetipsum Deo & Patri pro nobis offerens in odorem suavitatis;* ideoque dicebat: *Sacrificium*

XX. Quando Christus dictus sit Apostolus & Pontifex.

Heb. 3. v. 1.

1. Tim. 2. v. 5.

Eph. 2. v. 5.

Heb. 10. v. 5.

& oblationem noluisti; holocausta & pro peccato non tibi placuerunt; corpus autem perfecisti mihi. Tunc dixi: Ecce venio, in capite libri scriptum est de me, vt faciam, Deus, voluntatem tuam. Obtulit enim proprium corpus, non pro se, sed pro nobis, in odorem suavitatis: nam pro se vel oblatione vel sacrificiis non indiget, ab omni peccato liber, vt Deus, existens. *Quodsi omnes peccaverunt, & egent gloria Dei*, secundum hoc quod sumus ad mutabilitatis excessum proniores effecti, & peccatis ægrotavit humana natura, ipse vero non ita, ideoque nos gloria ejus egemus: cui erit vltra jam dubium, quod agnus verus propter nos & pro nobis sit immolatus? Qui dicit autem, quod semetipsum tam pro se quam pro nobis obtulerit, nullatenus impietatis crimen effugiat, cum nihil prorsus iste deliquerit, nec vllum fecerit omnino peccatum. Qua igitur egeret oblatione, nullo suo extante facinore, pro quo, si esset, satis admodum convenienter offerret?

Rom. 3. v. 23.

XXI. Quod Spiritus sanctus non sit major Christo.

De Spiritu quoque cum dicit: *Ille me glorificabit*; hoc rectissime sentientes vnum Christum & Filium, non velut alterius egentem gloria, confitemur ab Spiritu sancto gloriam consecutum, quia Spiritus ejus nec melior ipso, nec superior est; sed quia mira opera faciens ad demonstrationem suæ deitatis, virtute proprii Spiritus vtebatur, ab ipso glorificari dicitur, quemadmodum si quis de hominibus asseveret, quod virtus sua vel disciplina quælibet vnumquemque clarificet: quamvis enim in sua sit subsistentia Spiritus, & ejus intelligatur in persona proprietas, juxta id quod Spiritus est, & non Filius, attamen alienus non est ab illo; nam *Spiritus* appellatus est *veritatis*, & *veritas Christus est*: vnde AB ISTO SIMILITER, SICUT EX DEO PATRE PROCEDIT. Denique hic ipse Spiritus etiam per sanctorum manus Apostolorum miracula gloriosa perficiens, Dominum glorificat JESUM CHRISTUM, postquam ascendit in cælum: nam creditus est Christus natura Deus existens, per suum Spiritum virtutes efficiens, ideoque dicebat: *De meo accipiet, & annuntiabit vobis*. Nequaquam vero participatione alterius idem Spiritus sapiens aut potens dicitur, quia per omnia perfectus est, & nullo prorsus indigens bono: nam paternæ virtutis & sapientiæ, id est, Filii

Ioan. 16. v. 13.
Ioan. 14. v. 6.
Procedit a Patre & Filio.
Ioan. 16. v. 14.

ἐν προσφορᾷ σὺν ἠθέλησας· σῶμα δὲ κατηρτίσω μοι, ὁλοκαυτώματα καὶ περὶ ἁμαρτίας σὺν οὐκ ἐδόκησας. τότε εἶπον· Ἰδοὺ ἥκω, ἐν κεφαλίδι βιβλίου γέγραπται περὶ ἐμοῦ, τοῦ ποιῆσαι τὸ θέλημά σου, ὁ Θεός. προσενήνοχε γὰρ ὑπὲρ ἡμῶν εἰς ὀσμὴν εὐωδίας τὸ ἴδιον σῶμα, καὶ οὐχ ὑπὲρ ἑαυτοῦ. ποίας γὰρ ἐδεήθη προσφορᾶς ἢ θυσίας ὑπὲρ ἑαυτοῦ, χρείαν ἀπάσης ὑπάρχων ἁμαρτίας ὡς Θεός; Εἰ γὰρ πάντες ἡμάρτον, καὶ ὑστεροῦμεν τῆς δόξης τοῦ Θεοῦ, καθὸ γεγόναμεν ἡμεῖς ἕτοιμοι πρὸς παραφορὰν, καὶ κατηρρώστηκεν ἡ ἀνθρώπου φύσις τῇ ἁμαρτίᾳ· αὐτὸς δὲ οὐχ οὕτω καὶ ἡμεῖς ἐσμεν ἀφ' οὗ τοῦ τῆς δόξης αὐτοῦ· πῶς δὴ εἴη λοιπὸν ἀμφίβολον, ὅτι τέθυται δι' ἡμᾶς καὶ ὑπὲρ ἡμῶν ὁ ἀμνὸς ὁ ἀληθινός; καὶ τὸ λέγειν δὲ, ὅτι προσενήνοχε ἑαυτὸν ὑπὲρ γε ἑαυτοῦ καὶ ἡμῶν, ἀμοιρήσειν δὴ οὐδαμῶς τῆς εἰς δυσπέφειαν ἐγκλημάτων. πεπλημμέληκε γὰρ κατὰ τοσοῦτον τρόπον, οὔτε μὴν ἐποίησεν ἁμαρτίαν. ποίας οὖν ἐδεήθη προσφορᾶς, ἁμαρτίας οὐκ οὔσης, ἐφ' ἧπερ ἂν ἦν ἄξιος; καὶ μάλα εἰκότως.

Ὅταν δὲ λέγῃ περὶ τοῦ πνεύματος· Ἐκεῖνος ἐμὲ δοξάσει· νοοῦντες ὀρθῶς, οὐχ ὡς δόξης ἐπιδεᾶ τῆς παρ' ἑτέρου φαμὲν, τὸ ἕνα Χριστὸν καὶ υἱὸν, τὸ παρὰ τοῦ ἁγίου πνεύματος δόξαν ἐλάβε· ὅτι μηδὲ χρῆσιν αὐτοῦ, καὶ ὑπὲρ αὐτὸν τὸ πνεῦμα αὐτοῦ. ὅπερ δὲ εἰς ἔνδειξιν τῆς ἑαυτοῦ θεότητος ἐκέχρητο τῷ ἁγίῳ πνεύματι, πρὸς μεγαλουργίαν, δεδοξάσθαι παρ' αὐτοῦ φησιν, ὥσπερ ἂν εἴ τις λέγοι τῶν καθ' ἡμᾶς, περὶ τὴν οἰκείας ἰσχύος αὐτῷ τυχόν, ἤγουν ἐπιστήμης τὴν ἐφ' ὁτῳοῦν, ὅτι δοξάσειέ με. Εἰ γὰρ καὶ ἔστιν ἐν ὑποστάσει τὸ πνεῦμα ἰδικῇ, καὶ δὴ καὶ νοεῖται καθ' ἑαυτὸ, καθὸ πνεῦμά ἐστι, καὶ οὐχ υἱός· ἀλλ' οὖν ἔστιν οὐκ ἀλλότριον αὐτοῦ. πνεῦμα γὰρ ἀληθείας ὠνόμασται, καὶ ἔστι Χριστὸς ἡ ἀλήθεια· καὶ προσχεῖται πρὸς αὐτοῦ, καθάπερ ἀμφίβολα καὶ οὐκ τοῦ Θεοῦ καὶ πατρὸς· ἐνεργῆσαι τοιγαροῦν τὸ πνεῦμα καὶ διὰ χειρὸς τῶν ἁγίων ἀποστόλων τὰ παράδοξα μετὰ τὸ ἀναβῆναι τὸν κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν εἰς τὸν οὐρανὸν, ἐδόξασεν αὐτόν. ὁμολογεῖται γὰρ, ὅτι Θεὸς κατὰ φύσιν ἐστὶ, πάλιν αὐτὸς ἐνεργῶν διὰ τοῦ ἰδίου πνεύματος. διὰ τοῦτο καὶ ἔφασκεν, ὅτι οὐκ τὸν ἐμοῦ λήψεται, καὶ ἀναγγελεῖ ὑμῖν. καὶ ὅπου φαμὲν, ὡς οὐκ μετοχῆς τὸ πνεῦμά ἐστι σοφὸν τε καὶ δυνατὸν. παντελῶν γὰρ, καὶ ἀπροσδεές ἐστι παντὸς ἀγαθοῦ. ὅπερ δὴ τὸν τῶν πάσης δυνάμεως καὶ σοφίας, τοῦτ' ἔστι, τὸν ἐμοῦ,

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

πνεῦμά ἐστιν, αὐτοχρημά ἐστι σοφία καὶ δύναμις.

Καὶ ὅπερ Θεὸν ἐνωθέντα σαρκὶ καθ' ὑπόστασιν, ἡ ἁγία παρθένος ἐκτέτοκε σαρκικῶς, τοῦτο καὶ Θεοτόκον εἶναι φαμὲν αὐτὴν, οὐχ ὡς τῆς τοῦ λόγου φύσεως πρὸ τῆς ὑπάρξεως ἀρχὴν ἐχούσης ἀπὸ σαρκός· Ἦν γὰρ ἐν ἀρχῇ, καὶ Θεὸς ἦν ὁ λόγος, καὶ ὁ λόγος ἦν πρὸς τὸν Θεόν· ὢν αὐτός ἐστι τῶν αἰώνων ὁ ποιητὴς, συναΐδιος τῷ πατρὶ, καὶ τῶν ὅλων δημιουργός. Ἀλλ' ὡς ἤδη προείπομεν, ὅπερ καθ' ὑπόστασιν ἑνώσας ἑαυτῷ τὸ ἀνθρώπινον, καὶ ἐκ μήτρας αὐτῆς ἠνέσχετο ὑπομεῖναι σαρκικῶν, οὐχ ὡς δεηθεὶς δυνάμεως, ἵνα διὰ τὴν ἰδίαν φύσιν, τῆς ἐν χρόνῳ καὶ ἐν ἐσχάτοις τοῦ αἰῶνος γενομένης ἠρνήσατο· ἀλλ' ἵνα καὶ αὐτὴν τὴν ὑπάρξεως ἡμῶν βλαστήσῃ τὴν ἀρχήν· καὶ τεκοῦσα γυναικὸς αὐτὸν ἑνωθέντα σαρκὶ, παύσηται λοιπὸν ἡ κατὰ πάντων τῶν ἡμῶν ἀρά, πέμπουσα πρὸς θάνατον τὰ ἐκ γῆς ἡμῶν σώματα. καὶ δ· Ἐν λύπαις τέξῃ τέκνα· δι' αὐτοῦ καταργούμενον, δηλοῦν ἀποφοίτησιν τὸ ἀφ' τοῦ προφήτου φωνῆς· Κατέπιεν ὁ θάνατος ἰσχύσας. καὶ πάλιν· Ἀφεῖλεν ὁ Θεὸς πᾶν δάκρυον ἀπὸ παντὸς προσώπου. Τούτου γὰρ ἕνεκα τὴν αἰτίας φαμὲν αὐτὸν οἰκονομικῶς, καὶ αὐτὸν εὐλογῆσαι τὸν γάμον, καὶ ἀπελθὼν κεκλημένον ἐν Κανᾷ τῆς Γαλιλαίας ὁμοῦ τοῖς ἁγίοις ἀποστόλοις.

Ταῦτα φρονῶν διδιδάγμεθα παρὰ τῶν ἁγίων ἀποστόλων καὶ εὐαγγελιστῶν, καὶ πάσης τῆς θεοπνεύστου γραφῆς, καὶ ἐκ τῆς τῶν μακαρίων πατέρων ἀληθοῦς ὁμολογίας. Τούτοις ἅπασι καὶ τὴν σὴν εὐλαβείαν συναγέσαι χρὴ, καὶ συνῳδὰ λέγειν δίχα δόλου πάντως· ἃ δὲ ἐστιν ἀναγκαῖον ἀναθεματίσαι τὴν σὴν εὐλάβειαν, ὑποτέτακται τῇδε ἡμῶν τῇ ἐπιστολῇ.

α'. Εἴ τις οὐχ ὁμολογεῖ Θεὸν εἶναι κυρίως ἀληθῶς τὸν Ἐμμανουὴλ, καὶ διὰ τοῦτο Θεοτόκον τὴν ἁγίαν παρθένον· γεγέννηκε γὰρ σαρκικῶς σάρκα γενομένην τὸν ἐκ Θεοῦ λόγον· ἀνάθεμα ἔστω.

β'. Εἴ τις οὐχ ὁμολογεῖ, σαρκὶ καθ' ὑπόστασιν ἡνῶσθαι τὸν ἐκ Θεοῦ πατρὸς λόγον· ἕνα τε εἶναι Χριστὸν, μετὰ τῆς ἰδίας σαρκὸς, τὸν αὐτὸν δηλονότι Θεὸν ὁμοῦ καὶ ἄνθρωπον· ἀνάθεμα ἔστω.

γ'. Εἴ τις διὰ τοῦ ἑνὸς Χριστοῦ διαιρεῖ τὰς ὑποστάσεις μετὰ τὴν ἕνωσιν, μόνῃ συναπτὼν αὐταῖς συναφείᾳ τῇ κατὰ τὴν ἀξίαν, ἤγουν αὐθεντίᾳ ἢ δυναστείᾳ, καὶ οὐχὶ δὴ μᾶλλον συνῳδῷ τῇ καθ' ἕνωσιν φυσικῷ· ἀνάθεμα ἔστω.

Spiritus creditur, & ideo ipsa re & subsistentia virtus & sapientia comprobatur.

Igitur quia Deum carni *vnitum juxta subsistentiam* sancta Virgo corporaliter peperit, idcirco eam Dei genitricem esse profitemur; non quod Verbi natura existendi principium de carne sortita sit: *Erat enim in principio Verbum, & Deus erat Verbum, & Verbum erat apud Deum*, & ipse est conditor sæculorum, Patri coæternus, & vniversitatis creator; sed quoniam, superius vt diximus, juxta subsistentiam sibimet vniens naturam humanam, nativitatem sustinuerit ex ipsa vulva corpoream: non quod eguerit necessario, propter suam naturam, nativitate ista, quæ est in extremis sæculi facta temporibus; sed vt ipsas benediceret substantiæ nostræ primitias, & dum eum carni vnitum mulier edidisset, illa quæ adversus omne genus humanum maledictio fuerat prolata, desineret, nec jam morti nostra corpora destinaret; illud quoque, quod dictum est: *In tristitia paries filios*; ipse dissolvens, verum esse monstraret, quod prophetæ voce prædixerat: *Absorpta est mors victoria.* & iterum: *Abstulit Deus omnem lacrymam ab omni facie.* Propter hanc etenim causam dicimus, eum dispensatorie, & ipsas benedixisse nuptias, cum in Cana Galileæ, cum sanctis vocatus Apostolis, adesse dignatus est.

XX. Virgo vera Dei genitrix.

Ioan. 1. v. 1.

Genes. 3. v. 16.

1. Cor. 15. v. 54.

Apoc. 7. v. 17.

Hæc sapere sumus edocti a sanctis Apostolis & Evangelistis, & ab omni Scriptura divinitus inspirata, necnon & a beatis Patrum confessionibus veritate subnixis; his omnibus etiam tuam religionem concordare, & præter aliquem dolum consentire jam convenit. Quæ vero religionem tuam anathematizare necesse est, huic epistolæ nostræ subjecta sunt.

XXIII. Epilogus.

I. Si quis non confitetur Deum esse Emmanuel, & propterea Dei genitricem sanctam Virginem, peperit enim, secundum carnem, carnem factum Dei Verbum, anathema sit.

II. Si quis non confitetur carni secundum subsistentiam vnitum Dei Patris Verbum, vnumque esse Christum cum propria carne, eumdem scilicet Deum simul & hominem, anathema sit.

III. Si quis in vno Christo dividit substantias post vnitatem, sola eas connexione conjungens ea, quæ secundum dignitatem est, vel etiam auctoritatem aut potestatem, ac non potius conventu, qui per vnitatem factus est naturalem, anathema sit.

Videndæ notæ, vt intelligatur, quem Nestorii locum singuli anathematismi oppugnent.

IV. Si quis dividit personis duabus, vel subsistentiis eas voces, quæ in apostolicis scriptis continentur, & evangelicis, quæ de Christo a sanctis dicuntur, vel ab ipso etiam de se ipso, & has quidem, velut homini qui præter Dei Verbum specialiter intelligatur, aptaverit; illas autem, tanquam dignas Deo, soli Dei Patris Verbo deputaverit; anathema sit.

V. Si quis audet dicere, Christum hominem θεοφόρον, id est, Deum ferentem, ac non potius Deum esse veraciter dixerit, tanquam vnum filium per naturam, secundum quod *Verbum caro*
Joan. 1. v. 14. *factum est*, & *communicavit similiter, vt*
Heb. 2. v. 14. *nos, carni & sanguini*, anathema sit.

VI. Si quis dicit Deum vel Dominum Christi esse Dei Patris Verbum, & non magis eumdem ipsum confitetur Deum simul & hominem, propterea quod *Verbum caro factum est*, secundum Scripturas, anathema sit.

VII. Siquis JESUM hominem operatione Dei Verbi dicit adjutum, seu ἐνεργούμενον, & ei vnigeniti gloriam, tanquam alteri præter ipsum existenti, tribui, anathema sit.

VIII. Si quis audet dicere, assumptum hominem coadorandum Deo Verbo, & conglorificandum, & connuncupandum Deum, tanquam alterum cum altero, (nam, *cum*, syllaba semper adjecta hoc cogit intelligi) ac non potius vna supplicatione veneratur Emmanuel, vnamque ei glorificationem dependit, juxta quod *Verbum caro factum est*, anathema sit.

IX. Si quis vnum Dominum nostrum JESUM CHRISTUM glorificatum dicit ab Spiritu sancto, tanquam qui aliena virtute per eum vsus fuerit, & ab eo acceperit efficaciam contra immundos spiritus, & posse in hominibus divina signa facere, ac non potius proprium ejus Spiritum dicit, per quem divina signa complevit, anathema sit.

Heb. 3. v. 2. X. Pontificem & Apostolum confessionis nostræ factum esse Christum, divina
Eph. 5. v. 2. scriptura commemorat: *Obtulit* autem *semetipsum pro nobis in odorem suavitatis Deo & Patri*. Si quis ergo Pontificem & Apostolum nostrum dicit factum, non ipsum Dei Verbum, quando *caro factum est*, & juxta nos homo, sed velut alterum præter ipsum specialiter hominem ex muliere: aut si quis dicit & pro se obtulisse semetipsum oblationem, & non potius pro nobis solis, non enim eguit oblatione, qui peccatum omnino nesciuit; anathema sit.

δ'. Εἴ τις προσώποις δυσὶν, ἤγουν ὑποστάσεσι, τάς τε ἐν τοῖς διαθηκικοῖς καὶ ἀποστολικοῖς συγγράμμασι, φερομένας φωνὰς, καὶ ὅσαι Χριστῷ παρὰ τῶν ἁγίων λεγομένας, καὶ περὶ αὐτοῦ αὐτοῦ ἑαυτοῦ· καὶ τὰς μὲν ὡς ἀνθρώπῳ τῷ ἐκ Θεοῦ λόγον ἰδικῶς νοουμένῳ προσαρμόσῃ· τὰς δὲ ὡς θεοπρεπεῖς μόνῳ τῷ ἐκ Θεοῦ πατρὸς λόγῳ· ἀνάθεμα ἔστω.

ε'. Εἴ τις τολμᾷ λέγειν, θεοφόρον αἴνιγμα τὸν Χριστὸν, καὶ οὐχὶ μᾶλλον Θεὸν εἶναι κατ' ἀλήθειαν, ὡς ἑνὸς ἐκ φύσεως, καθὸ γέγονε σὰρξ ὁ λόγος, καὶ κεκοινώνηκε παραπλησίως ἡμῖν αἵματος καὶ σαρκός· ἀνάθεμα ἔστω.

ϛ'. Εἴ τις τολμᾷ λέγειν, Θεὸν ἢ δεσπότην εἶναι τοῦ Χριστοῦ τὸν ἐκ Θεοῦ πατρὸς λόγον, καὶ οὐχὶ μᾶλλον τὸν αὐτὸν ὁμολογεῖ Θεὸν ὁμοῦ τε καὶ ἄνθρωπον, ὡς γεγονότος σαρκὸς τοῦ λόγου, κατὰ τὰς γραφάς· ἀνάθεμα ἔστω.

ζ'. Εἴ τις φησιν, ὡς ἀνθρώπον συνεργηθῆναι παρὰ τοῦ Θεοῦ λόγου τὸν Ἰησοῦν, καὶ τὸν τοῦ μονογενοῦς δόξαν παρεῖφθαι, ὡς ἕτερον παρ' αὐτὸν ὑπάρχοντα· ἀνάθεμα ἔστω.

η'. Εἴ τις τολμήσει λέγειν, τὸν ἀνειληφότα ἄνθρωπον συμπροσκυνεῖσθαι δεῖν τῷ Θεῷ λόγῳ, καὶ συνδοξάζεσθαι, καὶ συγκαλεῖν Θεὸν, ὡς ἕτερον ἐν ἑτέρῳ. Τὸ γὰρ, Σὺν, ἀεὶ προστιθέμενον, τοῦτο νοεῖν ἀναγκάζει, καὶ οὐχὶ μᾶλλον μιᾷ προσκυνήσει τιμᾷ τὸν Ἐμμανουὴλ, καὶ μίαν αὐτῷ τὴν δοξολογίαν ἀνάπεμπει, καθὸ γέγονε σὰρξ ὁ λόγος· ἀνάθεμα ἔστω.

θ'. Εἴ τις φησι, τὸν ἕνα κύριον Ἰησοῦν Χριστὸν δεδοξασμένον παρὰ τοῦ πνεύματος ὡς ἀλλοτρίᾳ δυνάμει τῇ δι' αὐτοῦ χρώμενον, καὶ παρ' αὐτοῦ λαβόντα τὸ ἐνεργεῖν δύνασθαι κατὰ πνευμάτων ἀκαθάρτων, καὶ τὸ πληροῦν εἰς ἀνθρώπους τὰς θεοσημείας, καὶ οὐχὶ μᾶλλον ἴδιον αὐτοῦ τὸ πνεῦμα φησι, δι' οὗ τὰς ἐνήργηκε τὰς θεοσημείας· ἀνάθεμα ἔστω.

ι'. Ἀρχιερέα καὶ ἀπόστολον τῆς ὁμολογίας ἡμῶν γεγενῆσθαι Χριστὸν ἡ θεία λέγει γραφὴ, προσενεχθεισαν ὑπὲρ ἡμῶν ἑαυτὸν εἰς ὀσμὴν εὐωδίας τῷ Θεῷ καὶ πατρί. Εἴ τις οὖν τὸν ἀρχιερέα καὶ ἀπόστολον ἡμῶν γεγενῆσθαι φησιν, οὐκ αὐτὸν τὸν ἐκ Θεοῦ λόγον, ὅτε γέγονε σὰρξ καὶ καθ' ἡμᾶς ἄνθρωπος· ἀλλ' ὡς ἕτερον παρ' αὐτὸν ἰδικῶς ἄνθρωπον ἐκ γυναικός. ἢ εἴ τις λέγει, καὶ ὑπὲρ ἑαυτοῦ προσενεγκεῖν αὐτὸν τὴν προσφορὰν, καὶ οὐχὶ μᾶλλον ὑπὲρ μόνων ἡμῶν· οὐ γὰρ ἂν ἐδεήθη προσφορᾶς ὁ μὴ εἰδὼς ἁμαρτίαν· ἀνάθεμα ἔστω.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ια'. Εἴ τις οὐχ ὁμολογεῖ τὴν τοῦ κυρίου σάρκα ζωοποιὸν εἶναι, καὶ ἰδίαν αὐτὴν τοῦ οἰκείου Θεοῦ παντὸς λόγου· ἀλλ' ὡς ἑτέρου τινὸς παρ' αὐτὸν, συνημμένην μὲν αὐτῷ κατὰ τὴν ἀξίαν, ἤγουν, ὡς μόνην θείαν οἰκήσιν ἐφηκότος· καὶ οὐχὶ δὴ μᾶλλον ζωοποιὸν, ὡς ἔφημεν, ὅτι γέγονεν ἰδία τοῦ λόγου τοῦ τὰ πάντα ζωογονοῦν ἰσχύοντος· ἀνάθεμα ἔστω.

XI. Si quis non confitetur, carnem Domini vivificatricem esse, & propriam ipsius Verbi Dei Patris; sed velut alterius præter ipsum conjuncti eidem per dignitatem, aut quasi divinam habentis habitationem, ac non potius, vt diximus, vivificatricem esse, quia facta est propria Verbi cuncta vivificare prævalentis; anathema sit.

ιβ'. Εἴ τις οὐχ ὁμολογεῖ τὸν τοῦ Θεοῦ λόγον παθόντα σαρκὶ, καὶ ἐσταυρωμένον σαρκὶ, καὶ θανάτου γευσάμενον σαρκὶ, γεγονότα τε πρωτότοκον ἐκ τῶν νεκρῶν, καθὸ ζωή τε ὑπάρχει, καὶ ζωοποιὸς ὡς Θεός· ἀνάθεμα ἔστω.

XII. Si quis non confitetur, Dei Verbum passum carne, & crucifixum carne, & mortem carne gustasse, factumque primogenitum ex mortuis, secundum quod vita est, & vivificator, vt Deus, anathema sit.

Celestinus scriptas ad se a Nestorio literas Cyrillo misit.

PAUCAS huic epistolæ, licet omnium celeberrimæ, & plura sive historica, sive dogmatica continenti, notas subjecimus, quia examinanda erit accuratius iterum in dissertatione de synodis.

IN EPISTOLA QUAM MISISTI, &c.] Hæc est procul dubio prima, quam Nestorius ad Celestinum misit, & in qua leguntur ista: *Nos non modicam corruptionem orthodoxiæ apud quosdam hic reperientes, & ira & lenitate circa ægros quotidie vtimur*, &c. Atque inde constat Celestinum Cyrillo, quas a Nestorio literas accepisset, misisse, quemadmodum & Cyrillus ad se a Nestorio scriptas, Romam deferendas Possidonio crediderat. Vide istas Nestorii literas prima parte operum Marii Mercatoris.

Cur Cyrillus præmiserit symbolum Nicænum. *Serm. 3. velut in Macedon: & Arianos.*

NEC RECTE INTERPRETATUS ES, &c.] Hic nempe, vbi ait: *Nos autem nosse oportet, quod modo venit in recordationem concilii Nicæni, quod nusquam ausum est dicere, quia Verbum Deus natum est ex Maria virgine*; & alia quæ prolixe prosequitur. Tu vero locum consule, & intellige, cur fidem exposuerit Cyrillus, præmisso symbolo concilii Nicæni, vt vnde Nestorius fraudem faciebat imperitis, inde confutaretur.

De epistolis Alexandrinæ Ecclesiæ obscurus locus.

EPISTOLIS AUTEM AB ALEXANDRINA ECCLESIA TUÆ RELIGIONI, &c.] Obscurus locus, & a nullo, quod sciam, tentatus: quibus enim de epistolis ab Alexandrina Ecclesia directis intelligi debet? An de iis, quæ anathematismos haberent subjunctos? sed illæ ipsæ sunt, in quibus nunc versamur. An de prioribus duabus? quomodo ab Alexandrina Ecclesia, id est, synodo directæ sunt, cum nomine synodi Alexandrinæ, non perinde ac tertiæ, sed solius Cyrilli inscribantur? Lux latenti veritati afferetur in dissertatione de synodis habitis in causa Nestorii.

Quem in locum Nestorii ista spectent.

NEC CARNEM ITAQUE, &c.] Id vbique passim catholicis Nestorius, sed maxime in epistola ad sanctum Celestinum, assingebat: *Aperte blasphemant Deum Verbum Patri ὁμοούσιον, tanquam originis initium de Χριστοτόκου virgine sumpsisset, eum templo suo edificatum esse, & carni consepultum*, &c. & in titulo sermonis septimi: *Adversus eos, qui propter conjunctionem, vel divinitatem Verbi mortificant, vel humanitatem deificant.* In vtrumque locum intendit Cyrillus.

Confessio vnionis καθ' ὑπόστασιν, vnica olim indubitata rectæ fidei nota.

SECUNDUM SUBSTANTIAM, &c.] Græce est καθ' ὑπόστασιν. Moneo rursus hanc vnam vocem fuisse olim ὀρθοδοξίας indubitatam notam: aliæ etenim omnes torqueri possunt in sensus erroneos, & revera detortæ sunt a Nestorianis, hæc vna nunquam potuit; vnde mirum quam exosa fuerit heterodoxis, quotque criminationibus oppugnata: atque hinc factum est, vt cum ἕνωσις καθ' ὑπόστασιν prætermissa esset a Cyrillo & Joanne in expositione fidei hinc inde scripta, inter ineundam Ecclesiarum pacem, pax visa sit pluribus catholicis suspecta, & Joannes dictus fuerit a suis vicisse causam, vt Cyrillus necessitatem habuerit purgandi se, tum apud amicos, Acacium Melitenensem, Successum, Valerianum, Donatum; tum apud suos Constantinopoli apocrisiarios, quasi vel Orientalibus in sententia remanentibus consensisset, vel propter timidam quamdam dispensationem non satis animose fidei causam defendisset.

Porro autem quod dixi, hanc vocem fuisse fidei quasi certam tesseram, facto probat Cyrillus. cum enim scripsisset: *Vnitum ergo carni Verbum secundum substantiam confitentes*; accedit statim ad refellendas omnes Nestorii sententias, artificiose quidem, sed tamen invicte.

Emendatus interpres Romanus.

Nota vero interpretem Romanum aberrasse a mente Cyrilli, quam assecutus est Mercator. hæc enim Græca: Ἡνῶσθαί γε μὴν συφεῖς καθ' ὑπόστασιν ὁμολογοῦντες τὸν λόγον, ἵνα προσκυνοῦμεν, &c. Vertit ille. *Quamvis autem Verbum carni secundum hypostasim fateamur, vnum tamen adoramus*, &c. quasi confessio vnionis secundum hypostasim adversetur in speciem adorationi, vt vnius, & non eam potius inferat. Longe ergo melius Mercator: *Vnitum ergo carni Verbum secundum substantiam confitentes, vnum adoramus*, &c. Atque hinc est, quod diximus sæpe, Mercatorem, vt aliis de Latinitate concedat, vincere tamen fide, atque intelligentia.

Rejicitur vnio solius dignitatis.

NON SEORSUM PONENTES.] Rejicit vnionem quam vocant moralem, seu τὴν κατὰ ἀξίαν καὶ αὐθεντίας ἕνωσιν, quippe quæ non sit καθ' ὑπόστασιν, sed inter duas per se existentes personas, modo ὡς conjungantur.

So'iusque homonymiæ.

NEC ITEM CHRISTUM SPECIALITER.] Rejicit & opinionem de duobus Christis, quorum alter ex Patre, alter ex matre, sola ὁμωνυμίᾳ conjunctis: quod sæpe impugnatur alio in loco a Cyrillo, non quasi id expressis verbis vspiam dixerit Nestorius, sed quod ex ipsius opinione de ἑνώσει φυσικῇ necessario sequatur reipsa, quantumvis ipse dissimulet.

Atque inhabitationis.

NEC ILLUD DICIMUS.] Refutat &

tertium modum κατὰ ἐνοίκησιν, quæ pura ἐνοίκησις, sive habitatio Verbi divini in homine, quaque fiat, vt homo non Deus quidem sit, sed Dei tantum, seu θεοφόρος, quæ vox placuit Nestorio. Huic porro vnionis modo alium Cyrillus opponit, quem ἕνωσιν καθ' ὑπόστασιν vocat, eique similem dicit, qua proprio corpori animus conjungitur, seclusis, vt monent theologi, imperfectionibus.

Et συναφείας. NON VELUT CONJUNCTIONEM, &c.] In Græco est, οὐ τὸ ἀφραστον ἑνῶν, &c. Est autem συνάφεια apud Græcos, vel copulatio maris & feminæ; vel apud Basilium, societas conjugum, & vitæ civilis communio; vel apud Chrysostomum, commissura membrorum; vel denique apud Cyrillum, coaptatio eorum, quæ continuari possunt, & ἁρμός, seu appositio. Quacumque vero significatione vox sumatur, aptior est ad tegendam hæresim, quam ad fidem exponendam: vnde Cyrillus vocem vbique acriter exagitat, tanquam veneni plenissimam; & vero conjunctionem naturarum duarum in Christo, Theodorus Mopsuestenus, ipseque, dum adhuc erraret, Theodoretus, conjunctioni conjugum similem dixerunt.

Et ὁμότιμον. SED NEQUE DEUM, &c.] Arguit Nestorii dictum de Christo, cujus Verbum faciebat Dominum & Deum, quasi non foret Christus ipse Deus & Dominus: habet enim hanc potestatem relativa vox, cujusmodi sunt obliqui casus, vt distinctionem perinde ac oppositionem ponant inter ea, quæ dicuntur relationis extrema. Quare licet Deus vere sit dominus humanitatis, non tamen Christi, nisi duæ in Christo asserantur personæ.

CAVEMUS AUTEM DE CHRISTO DICERE, &c.] Verba quæ caveret dicere, Nestorii sunt, sermone primo, vel potius septimo. Rejicit autem, velut horrendum quiddam, vnitatem καθ' ὁμοτιμίαν καὶ συνεξουσίαν solam, vt quæ Christum omnino solvat in duas personas. Et συνεξουσίαν. *Vide notas ad vtrumque locum.*

CONFITEMUR ETIAM, QUOD, &c.] Confessio hic Dei passi, aperta est simul & calumniantis Nestorii convictio, & Procli defensio: ille enim catholicis calumniabatur, quasi assererent Verbum natura sua seu divinitate passum; iste propter fidei professionem vapulaverat atrociter a Nestorio. Confessio Dei passi, altera rectæ fidei nota. *Vide notas ad homil. Procli, & consequentes Nestorii sermones, imo & ad primum.*

IGITUR QUIA DEUM, &c.] Ex eo quod Verbum carni vnitum est καθ' ὑπόστασιν, conficit quæstionis caput, vt quidem vulgo movebatur, Virginem sanctam esse Θεοτόκον: conficit vero ita vt occurrat calumniis duabus, quas inde catholicis Nestorius, maximeque Proclo & Eusebio, struebat; & primæ quidem, quasi ab his diceretur, quod sensit Photinus, Verbum ex virgine duxisse existentiæ principium; secundæ, eguisse Verbum, vt esset, secunda hac nativitate. Ut & confessio Θεοτόκου.

IN TRISTITIA PARIES FILIOS, &c.] Videtur Cyrillus legisse Nestorii sermonem primum adversus Pelagianos, in eumque intendere, quandoquidem locus iste Geneseos, lausque nuptiarum prolixe a Nestorio tractatur. Videtur Cyrillus legisse Nestorii sermones contra Pelagianos. *Vide notas ad hunc ipsum sermonem.*

Ad anathematismos observatur hoc in loco nihil, quia quæ plurima notatu digna sunt, pertinent omnino ad dissertationem de synodis, vbi quem singuli petant Nestorii tractatum, ostendetur. Cur nihil de anathematismis observetur.

EPISTOLA NESTORII

EPISCOPI CONSTANTINOPOLITANI, AD CELESTINUM PAPAM.

Argumentum epistolæ, quæ tertia Nestorii ad Celestinum.

NESTORIUS Celestino in causa Pelagianorum Episcoporum, qui ex Occidente pulsi Constantinopolim confugerant, duas epistolas scripsit, quas edidimus suo loco. Tertia ista, quæ tota est de causa Nestorii, nunc primum prodit, affertque historiæ multum lucis, vt merito videri queat certa regula, ad quam examinari debeant plurima, quæ ab ipsis etiam eruditis, vel obscure dicta sint, vel non ita vere.

Tempus. Datam oportet sub finem Novembris, nempe post indictam quidem ab Imperatore synodum generalem, sed ante allatas Constantinopolim Celestini ad Nestorium decretorias literas; in ea siquidem, primo fit mentio indictæ ab Imperatore synodi. Indictionis autem decretum consignatur XIII. Kalend. Decembr. Theodosio XIII. & Valentiniano III. AA. CC. id est, die 19. Novembris ann. 430. Deinde non fit mentio literarum sancti Celestini, non omittenda vtique, si acceptæ jam fuissent. Cum ergo datæ sint illæ Nestorio a quatuor Episcopis ex Alexandrina synodo missis die dominico, qui septimus Idus Decembris, debuit hæc epistola scribi eo temporis intervallo, quod est a die 19. Novembris ad diem 7. Decembris. Vide præfationem historicam. Temporis ratio.

I. Exordium a calumnia in Cyrillum.

DIDICI honestissimum Cyrillum Alexandrinæ vrbis Episcopum, propter libellos contra eum nobis oblatos, exterritum, ac sibi venantem latebras, ad evitandam sacram synodum propter hos ipsos libellos futuram, quasdam alias interea cogitationes excogitare verborum, & amplecti verba, quæ sunt Θεοτόκος & Χριστοτόκος, quorum alterum admittit, alterum vero, modo quidem de evangeliis eximit, modo vero rursus admittit, hoc est, Χριστοτόκος, secundum quamdam, credo, prudentiæ nimietatem.

II. Suam de Θεοτόκῳ mentem dissimulare nititur.

Ego autem & hanc quidem vocem, quæ est, Θεοτόκος, nisi secundum Apollinaris & Arii furorem ad confusionem naturarum

turarum proferatur, volentibus dicere non resisto; nec tamen ambigo, quin hæc vox Θεοτόκος illi voci cedat, quæ est Χριστόκος, tanquam prolatæ ab Angelis & Evangelistis. Et nisi hæc ad venerationem tuam scientem dicerem, opus mihi foret longo multoque de hac ipsa causa sermone.

III. Et probare sententiam de Χριστόκῳ.

Sed & sine hoc illud quoque omni modo beatitudini tuæ notum est, quia si æstimemus duas sectas contrarias sibi stare, & harum altera hanc vocem proferat solam, Θεοτόκος; altera vero illam solam, ἀνθρωποτόκος; & vtraque secta ad suam confessionem alteram trahat, vt, si hoc non impetraverit, periclitetur de Ecclesia cadere: necesse erit, tractandæ huic rei deputatum, habentem pro vtraque secta curam, mederi periculo vtriusque partis, ex voce ab Evangelistis tradita, quæ vtriusque naturæ significatrix sit. Harum enim, sicut dixi, assertionem temperat vox illa, quæ est Χριστόκος, quia & blasphemiam Samosateni removet, quod est dictum de omnium domino Christo tanquam puro homine; sed & Arii, & Apollinaris malitiam fugat.

IV. Literarum a se ad Cyrillum missarum exemplar mittit summo Pontifici.

Hæc autem ipsa etiam honestissimo Alexandrinorum Episcopo scripsi, sicut potest beatitudo tua cognoscere ex exemplaribus, quæ his meis literis adjunxi, vel quæ ad nos ab eo scripta sunt.

V. Eumque monet de indicta ab Imperatore synodo.

Placuit vero piissimis Imperatoribus, Domino adjuvante, etiam synodum inexcusabiliter totius orbis terrarum indicere, propter inquisitionem aliarum rerum ecclesiasticarum. Nam dubitationem verborum non æstimo habituram inquisitionem difficilem, nec impedimento esse futuram ad tractatum divinitatis Domini Jesu.

De libellis Nestorio adversus Cyrillum oblatis a calumniatoribus.

PROPTER LIBELLOS CONTRA EUM NOBIS OBLATOS.] Vide notas in epistolam Cyrilli ad suos Constantinopoli agentes, & dictis id adde ex epistola Cyrilli ad Acacium Beræensem, de calumniatoribus a Nestorio subornatis: *In hostem infensum versus, quosdam præstigiatores, desperataque sortis homines in vnum colligere, eosque, vt mendacia in vulgus de me spargant, subornare non desinit.*

1. part. conc. Eph. c. 12.

Et discutiendis in synodo, cujus principatum ambiret.

Nestorius porro, cum tentaret impendentem suo capiti procellam in Cyrillum avertere, imo vellet præesse judicio, quod de ipso exerceretur, cumque intelligeret se suæ sedis conditione id non posse sibi arrogare, cum jus in synodo Constantinophitana factum non reciperetur Romæ, & majorem sedem a minore judicari fas non esset, impulit Imperatorem ad celebrandam synodum, cui sperabat fore, vt, cum abesset veteris Romæ Archiepiscopus, sive Imperatoris gratia, sive humili Joannis Antiocheni conniventia, Cyrillo inter reos constituto, præsideret: præfuturum vero se jactaverat dudum, vt intelligimus ex epistola Cyrilli ad suos Constantinopoli agentes.

De Θεοτόκῳ. Ad 1. anathematismum.

VOLENTIBUS DICERE NON RESISTO.] Marius Mercator videri posset alicui tradere, Nestorium nonnisi admonitum a Joanne Antiocheno vsurpasse Θεοτόκου vocem; sed historia temporum aliud docet. Nam Nestorius sermone quinto, & in literis, quas in gratiam Pelagianorum ad sanctum Celestinum dedit, obtestatus est, per se non stare, quominus Θεοτόκου nomen beatæ Virgini tribueretur a quibuslibet, si modo vel Apollinaris Ariique impietas vitaretur, vel sancta Virgo non idcirco putaretur dea. Quare monitionem, cujus meminit Mercator, intelligi oportet de exprobratione facta, cum palam a fidelibus, tum privatim ab amicis.

Loco citato.

De voce Χριστόκῳ.

TANQUAM PROLATÆ AB ANGELIS ET EVANGELISTIS, &c.] Iis nimirum locis, quibus, cum de nativitate Domini sermo est, JESUS, Salvatorque ac Christus appellatur, quibusque beata Virgo mater JESU & Domini, &c. dicitur. Sed hunc omnium maxime argumentabatur Nestorius: *Liber generationis* JESU CHRISTI, &c. *De qua natus est* JESUS, *qui dicitur* CHRISTUS.

Matth. 1. v. 1. & 16.

De secunda Nestorii ad Cyrillum epistola.

HÆC AUTEM SCRIPSI, &c.] Epistola nimirum secunda, quæ incipit: *Injurias quidem adversum nos mirabilium literarum*, &c. Ex his vero discimus, epistolas duas, quæ lectæ sunt in concilio Ephesino actione 1. quarum altera est Cyrilli ad Nestorium, altera Nestorii ad Cyrillum, missas fuisse ad Celestinum ab vtroque scriptore, metuentibus singulis, ne ab adversario sua mutaretur.

De indicta synodo Ephesina ab Imperatore.

PLACUIT VERO PIISSIMIS IMPERATORIBUS SYNODUM INEXCUSABILITER TOTIUS ORBIS TERRARUM INDICERE.] Vox illa, *inexcusabiliter*, & sacra Imperatoris ad metropolitas, indicant non obscure, synodum rogatu Nestorii indictam, & communicatam cum ipso indictionis quoque formam.

De fine epistolæ.

AD TRACTATUM DIVINITATIS DOMINI JESU.] Modus hic finiendæ epistolæ ita abruptus docere videtur, deesse aliquid, saltem solemnem clausulam, quæ in aliis duabus ad Celestinum, cæterisque ad diversos apposita est: *Omnem in Christo fraternitatem*, &c.

Appendix ad notas, seu dissertatiuncula de illustrissimi Marcæ sententia, qua putat suspensam a Theodosio sedis apostolicæ in Nestorium sententiam, & legitime rescissa priora concilii Ephesini acta.

Argumentum dissertationis.

ADMONET locus, in quo sumus, & res qua de agitur, vt recognoscantur paulo diligentius, quæ partim ab eruditis quibusdam, partim ab illustrissimo Marca scripta sunt de facto Theodosii in causa Nestorii. Quatuor igitur disceptanda puto. A quo synodus Ephesina sit indicta, cujus rogatu sive impulsu, quæ tanta fuerit indicendæ causa, & vtrum Patres præscriptos sibi ab Imperatore fines excesserint.

Lib. 4. de concord. sacerdot. & imp.

An indicta synodus Ephesina a sancto Celestino.

Quod pertinet ad primum, sunt qui credant, indictam a Celestino summo Pontifice, literasque imperiales aliud nihil fuisse, quam mandati apostolici quasi executorias, atque adeo puras tractorias.

Rationes affirmantium

Argumentantur illi nonnulla, communia quidem, sed quæ tamen vix probentur eruditis, quandoquidem ex iis scriptis petuntur, quæ sin minus supposititia sint, suspicione saltem non carent. Refelluntur vero, primum ex epistola, quam habemus præ manibus: prius enim decreta dicitur indictio, quam Celestino innotuerit. Deinde ex tota serie actorum, quibus Patres ex omni fere terrarum orbe collecti, se convenisse jussu Imperatoris, sæpius testantur, nec mandati apostolici meminerunt vel semel. Tum omnium sive historicorum istius ætatis, sive aliorum quorumcumque scriptorum testimonio: silent enim communiter de sedis apostolicæ jussu, de imperatorio aperte loquuntur. Denique confessione ipsiusmet summi Pontificis, qui cum scriberet ad Imperatorem, per suos tres legatos Ephesum missos, sui mandati mentionem non facit, facit vero imperialis jussionis. *Pro sacerdotali*, inquit, *officio operam nostram, in quantum valemus, impendimus, & huic synodo, quam esse jussistis, nostram præsentiam, in his quæ misimus, exhibemus.* Quidquod Theodosius imperator quatuor in sacris, sive quæ metropolitis in provincias missæ sunt, sive quæ ad synodum directæ, suum mandatum memorat vbique passim, apostolicum nusquam.

Refelluntur quoque argumentis.

Tria objiciuntur.

At excipit tria non nemo. Primum, Gelasium pontificem, in prima sua synodo Romana, testari concilium Ephesinum fuisse indictum de Celestini consensu. Tum Patres in relationibus dicere, se juxta canones convenisse. Denique Hincmarum scripsisse, generales synodos sedis apostolicæ jussione, & imperiali convocatione semper olim fieri consuetas.

Quibus satisfit.

Verum Gelasius dicit quidem, de Celestini consensu damnatum Nestorium, indictam vero synodum non dicit. Deinde juxta canones convenisse Patres, idipsum est, quod secundum Ecclesiæ morem illum, qui & in concilio Ephesino, perinde ac Nicæno, atque Constantinopolitano, servatus est, Theodosio juniore Constantini Nicænum, & Theodosii senioris Constantinopolitanum cogentis, exemplum secuto. Hincmarus tandem, quid sua ætate fieret, vicinisque temporibus, scriptum reliquit, nunc agitur de quinti sæculi priorumque consuetudine.

Cujus impulsu vocata synodus ab Imperatore.

Coegit igitur Theodosius concilium, condixitque Patribus Ephesum ad diem Pentecostes. Sed cujus aut impulsu id fecit, aut etiam rogatu? Quod fuit secundum quæstionis caput.

An Juliani Eclanensis Episcopi.

Scripsit Christianus Lupus non ita pridem, id postulasse ab Imperatore Julianum Eclanensem Pelagianorum antesignanum, tunc cum suo aliorumque Episcoporum ex Italia ejectorum nomine, pristinam a sede apostolica ad synodum œcumenicam provocationem vrgeret.

Tom. 1. scholiorum in canon. concil. p. 188.

Sententia Christiani Lupi rejicitur duobus argumentis.

Unde hoc vel didicerit, vel conjecerit auctor ille, equidem nullus scio; sed non dubito, quin ejusmodi sive commentum, sive conjecturam, Mercator everterit, vno sui contra Julianum commonitorii titulo. Episcopos enim istos ex vrbe regia pulsos tradit, statim a tempore commonitorii oblati, id est, a tempore inclinantis ann. 429. Quomodo igitur, anno consequente, rem tantam Constantinopoli Julianus, aut tentasset, aut etiam egisset?

Accedit quod Juliani mentio nulla fit, neque in sacris Theodosii, neque in concilii actis, neque in relationibus, sive orthodoxorum, sive schismaticorum, præterquam quæ a sancta synodo scripta est ad sanctum Celestinum, post adventum legatorum Ephesum, & per eos accepta, lectaque, & probata synodi Romanæ acta; imo nec sermo est de Cælestianis, nisi tanquam de hominibus, quorum præjudicata causa omnino foret.

Indicta est synodus rogatu Nestorii.

Hac igitur singulari opinione rejecta, constans est omnium sententia, impulsu Nestorii rogatuque coactum Ephesi concilium. Id profecto se facturum ille comminabatur, jam inde ab acceptis adversus Cyrillum libellis: ex eo etiam tempore illud ipsum optabat ipsemet Cyrillus; imo forte per Basilium, aliosque sibi addictissimos monachos, supplicatione oblata, efflagitandum curavit.

Ab adulatoribus decepti.

Petiit certe adulatorum consilio Nestorius, obtinuitque; sed doluit postea vehementer, quod hanc in rem facilitate principis gratiaque abusus esset: neque enim sedis apostolicæ sententiam hoc pacto declinavit, quod tamen vel vnum, vel maxime sperabat; sed eam tanto graviorem sensit, quanto plus ponderis a ducentorum & amplius Episcoporum auctoritate accepit.

Causa indicendæ synodi gemina.

Jam vero, quod tertium in quæstione positum, causa indicendæ synodi gemina, nisi fallor, fuit: altera, quæ palam ostentaretur; altera, quæ mente recondita sit. Illa facile innotescit ex Theodosii sacra, pax nimirum Ecclesiæ, fidei confirmatio, & dissidentium duarum sedium concordia. De ista aliter aliis sentire placitum. Ita fere illustrissimus Marca: *Nestorius cum damnatus esset a synodis duabus, Romana & Alexandrina, nisi resipisceret intra decem dies, appellasse videtur ad Imperatorem, ab eoque rescriptum obtinuisse, quo sententia*

Altera vulgo nota.

Altera in controversiam vocatur.

Illustrissimi Marcæ opinio.

Lib. 4. de con-

cord. sacerd. & imperii cap. 4. num. 1.

vtriusque synodi, vel suspenderetur, donec a synodo œcumenica, quam cogi Nestorius curabat, judicium institueretur, vel antiquaretur omnino, facta rei in integrum restitutione.

Opinatur, credo, eruditissimus Præsul, Nestorio prius significatam fuisse vtriusque synodi sententiam, quam vel quereretur apud Imperatorem, vel concilium ipsius rogatu indiceretur: nisi enim in ea mente sit, non video, quomodo ex isto facto id concluderet, propter quod maxime laborat. *Principes nempe aliquando, synodo indicta ad controversias dirimendas, prioris sententia in judicio ecclesiastico latæ executionem suspendisse; nec id ipsos injuria fecisse, cum decretum suspensionis, nec iniquum Patribus olim judicatum sit, nec rejectum, sed acceptum potius libenter, atque in acta relatum, tanquam judicii regula.* Adducta siquidem sacræ non minima parte, sic ait: *Equidem non perspicio qua ratione Theodosius hanc suspensionem decernere potuerit, nisi petitioni Nestorii, qui se indicta causa damnatum querebatur, ejusque, si lubet, appellationi locum demus, quæ ad concilium indicendum Theodosium provocavit, ita vt interim appellatione pendente, vel, si mavis, restitutione rei in integrum, nihil innovaretur. Cujus suspensionis tantum abest, vt querelam moverint Patres in concilio Ephesino: quin potius rescriptum actis inseri jusserint, & suspensionis omnino rationem habuerint,* &c.

Repugnant ipsi.

Verum opinioni, qua vir doctissimus ratiocinium suum niti voluit, repugnat partim ipsamet sacra imperatoris Theodosii, partim Mercatoris auctoritas, partim ipse Nestorius. Sacra enim consignatur XIII. Kal. Decemb. & Mercator scribit synodorum literas Nestorio redditas VII. Idus Decembris. Nestorius autem, cum summo Pontifici scriberet post indictionem concilii, scripsit tamen perinde ac si nihil de sententia sedis apostolicæ resciviſset. Igitur neque Nestorius appellavit Imperatorem, postquam legitime novit a synodis se damnatum, neque denuntiatam sedis apostolicæ sententiam Theodosius edicto suspendit. Nemo enim, credo, vel a sententia judicis, nondum legitime denuntiata, jure appellat, nec appellationem tueri potest, nisi postquam exhibita est sententia, cujus querelam movet.

Theodosius, Nestorius ipse, & Mercator.

Imo & ipsa ratio.

Nestorius, fateor, cogi synodum postulavit privatis precibus ab amante Theodosio; non postulavit, ex præscripto juris, ab Imperatore judicium exercente: quare sententia sedis apostolicæ, cum denuntiata non fuerit, nisi post indictam synodum, præventa potius videri debet, quam edicto suspensa, si modo proprie loqui oporteat.

De duobus capitibus, in quibus illustrissimus Marca putat excessisse Patres Ephesinos, &c.

Sed quoniam sermo incidit de sacra Theodosii, non abs re futurum puto, inquirere ἀκριβεστέρως in sententiam illustrissimi Marcæ, qua existimat, Patres Ephesinos *in duobus præcipue capitibus* excessisse fines a Principe in sacra per Candidianum, synodo jam coactæ allata, præscriptos, ideoque acta, quæ Joannis comitis adventum præcesserant, merito rescissa esse. Alterum caput est, quod absente Candidiano judicium adversus Nestorium peregerunt. Alterum, quod licet synodo Princeps denuntiasset, nullam civilem aut criminalem causam, etiamsi ecclesiastica esset, movendam esse, adversus quemquam Episcoporum, vel in synodo, vel in publico judicio, sed omnia ejusmodi Constantinopolim evocanda: attamen Cyrilli & Memnonis, Joannisque, & Orientalium damnationes subsecutæ legem datam violaverant. Duo ista mihi, quid enim dissimulem, fecerunt olim, dum attentius scrutarer Ephesina monumenta, difficultatem non levem, neque vnquam a me, etsi plurimum vellem, obtinuerunt fidem.

Examinatur primum.

Nam quod primum est, interfuit procul dubio Candidianus, quo primum die convenerunt Patres, legitque in publico consessu Imperatoris mandatum: non adfuit, fateor, si qua tamen ipsi fides, cum ageretur de dogmate, & dogmati conjuncta Nestorii causa; sed id factum sua ipsius culpa: neque enim expulsus est a Patribus, quod ipse postmodum mentiri ausus est apud Joannem Antiochenum; verum sponte abscessit, cum Patres Imperatoris mandatum secuti, nec differre synodum vellent, nec audire ipsius obtestationem, qua per fraudem, vt Nestorio faveret, prorogandum synodi initium ad Joannis adventum censebat; non ignarus vtique, Antiochenum Episcopum nectere moras in via, consilio Irenæi comitis ad ipsum, cum totius factionis mandatis, profecti.

Et vero, neque ipse Nestorius, cum de Patribus synodi quereretur apud Imperatorem; neque orientales schismatici apud eumdem, de actis ante suum adventum, expostulantes; neque ipse Imperator, gesta synodi arguens, absentiam Candidiani causatus est: magno sane argumento, quod neque Candidianus ipse ausus sit de sua illa ementita expulsione ad Imperatorem referre. Quare non ægre adducor vt credam, hominis naviter mendacis verba, vt olim Orientalibus, cum audirentur, ita nuper illustrissimo Marcæ, cum legerentur, fucum fecisse.

Inquiritur in secundum.

Jam vero de violata lege imperiali, absolutis Cyrillo Memnone, & aliis damnatis, quod fuit secundum caput accusationis in Patres Ephesinos, illud ego non prius discutiendum reor, quam proposita fuerint verba ipsa imperatorii edicti. Sic autem se habent: *Ante omnia autem eidem magnificentissimo Candidiano mandatum est, vt quam studiosissime observet, ne aliam omnino ecclesiasticam quamcunque controversiam, undecunque natam vel motam, quæ ad propositam dogmatis considerationem non pertineat, ante moveri sinat, quam eorum omnium, quæ nunc in quæstionem vocata sunt, ambiguitate soluta, ea quæ ad veritatis investigationem faciunt, exactissimo judicio discutiantur, finemque orthodoxæ religioni congruum sortiantur: quin & hujus quoque admonita sit vestra pietas, nempe se enitati nostra visum esse, vt nulla omnino in sacra vestra synodo, aut etiam in publico Ephesiorum judicio pecuniaria aut criminalis causa adversus aliquem agitetur. Quod si quid ejusmodi extiterit, cuipiamve vsu venerit, hujus integram cognitionem magnæ huic nostræ civitati rese vatam volumus.*

Ex his constat, ab Imperatore causas distinguitrium generum; alias nimirum fidei, quas primo loco tractari jubet; alias ecclesiasticas vnde cunque natas vel moras, quas vetat agi ante fidei constitutionem; alias denique pecuniarias aut criminales, quarum cognitione interdicit, tum synodo, tum Ephesino judicio. Constat etiam ex eo quod ecclesiasticæ causæ prohibeantur agi, ante fidei constitutionem, continuo permitti, vt post constitutam fidem agantur. Cum ergo nullæ sint causæ dicendæ potius ecclesiasticæ, quam quæ spectant ad Epi-

ſcopos, propter prava dogmata judicandos, procul dubio Cyrilli, Memnoniſque & aliorum judicio, ne ipſis quidem imperatoriæ epiſtolæ verbis, quibus addidit Marca quod libuit, interdictum erat. Deinde, vt cauſa Cyrilli, Memnonis, Joannis, Orientaliumque eccleſiaſtica hujuſce modi non fuerit, ſed pertinuerit ad pecuniarias illas aut criminales, quarum cognitionem reſervat Theodoſius magnæ vrbi; non idcirco tamen factum quidquam putandum eſſet, vltra præſcriptos a Principe limites: quandoquidem interdictum, ſi quod eſt, ſacra per Palladium allata continetur; Cyrilli vero, Memnonis, Joanniſque, & Orientalium damnationes ante allatam contigerunt: nam Cyrillus, cum Memnone, depoſitus eſt ab Orientalibus quinto die poſt dejectum a ſynodo Neſtorium, id eſt, die 27. Junii, & ſacra per Palladium allata, cum aliud nihil ſit quam reſcriptum ad Candidiani relationem, non prius Conſtantinopoli data eſt, quam eo perveniſſet Candidiani relatio. Hæc vero Epheſo miſſa eſt poſtridie dejecti Neſtorii, id eſt, die 23. Junii.

EPISTOLA NESTORII AD CÆLESTIUM RESCRIBENTIS,

de Græco in Latinum tranſlata a Mario Mercatore.

I. HONORABILI & religioſiſſimo preſbytero Cæleſtio Neſtorius in Domino ſalutem.

Noli ægre ferre, venerabilis, perferens ab his, qui ea, quæ inferuntur, facere debent, & præſertim aſſerentibus veritatem, & refugientibus pollutorum vel contaminatorum communionem: quia & ſanctis, qui ante noſtram ætatem extiterunt, gratæ fuerunt ærumnæ, & ipſæ quidem temporales erant, veritas autem æterna. Sic Joannes Baptiſta de peccato arguens Herodem, & quidem regem exiſtentem, capite condemnatus eſt: ſed non formidavit, Chriſtum enim habebat caput, quod non poſſet abſcindi. Sic Paulus hoc modo quoque & Petrus ſunt interfecti. & quid amplius dici opus eſt? Ita actum eſt ſemper, per diverſas tentationes pietate currente.

Noli igitur a veritate deficiens eam prodere, (ſiquidem epiſtolæ miſſæ Epiſcopis a concilio Occidentis, & ab Alexandrino, multis reſcriptis manifeſtam nobis noſtram fecere ſententiam) prudentibus ſcilicet ejuſdem orthodoxæ profeſſionis: forſitan enim vtile aliquid Eccleſiis rectæ fidei proveniet, Domino cooperante. II.

Omnem fraternitatem ſalutamus.

Et alia manu. Incolumis, & forti animo, & plurimum orans pro nobis, doneris nobis, religioſiſſime frater. III.

SERMO DUODECIMUS IN ECCLESIA HABITUS,

In qua literas Celeſtini Romani Epiſcopi, Cyrilli Alexandrini denuntiationis accepit VII. Idus Decembris, conſulatu Theodoſii XIII. & Valentiniani III. Augg. poſt ſextum diem quam eaſdem literas ſumpſit.

Interprete Mario Mercatore.

Unde probatur genuinus.

In contrad. anathem. Neſtorii.

SERMONEM hunc eſſe genuinum, ambigere non licet, cum & ipſius alias Mercator meminerit, & ex eo aliquid videri poſſit a Baronio relatum, & omnia adjuncta apprime conveniant, & habendi cauſa, quæ titulo continetur, non obſcure actione prima concilii Epheſini narretur. *Petrus preſbyter Alexandriæ, & notariorum primicerius dixit: Non ea ſolum quæ Celeſtinus ſanctiſſimus ſacratiſſimuſque Romanæ Eccleſiæ Epiſcopus ad reverendiſſimum Neſtorium ſcripſerat, miſſa & reddita ſunt eidem; verum ea etiam quæ ſanctiſſimus piiſſimuſque Alexandrinæ Eccleſiæ Epiſcopus Cyrillus, & vniverſa Ægypti ſynodus per Theopemptum, & Danielem, & Potamonem, & Macarium religioſiſſimos Epiſcopos ad eumdem deſtinaverant. Quamobrem rogo, vt Theopemptus & Daniel religioſiſſimi Epiſcopi hic præſentes ea de re interrogentur. Flavianus Philippenſium Epiſcopus dixit: Theopemptus & Daniel religioſiſſimi comminiſtri noſtri, qui præſentes adſunt, exponant, an ejuſmodi epiſtolas reddiderint. Theopemptus Cabaſorum Epiſcopus*

Habiti hiſtoria.

dixit: Die dominico, cum synaxis, ageretur ad episcopale palatium ascendimus, ibidemque toto præsente clero, cunctisque fere illustribus adstantibus, literas, de quibus hic sermo est, Nestorio tradimus. Similiter & Daniel Darnensium Episcopus eadem confirmavit. Flavianus Philippensium Episcopus dixit: Fuitne ergo literis ab eo satisfactum? Daniel Darnensium Episcopus dixit: Tunc nobis respondit, vt postero die veniremus, & privatim illum conveniremus. Porro nobis redeuntibus aditum intercluſit, & responsum nobis dare non est dignatus. Theoemptus Cabasorum Episcopus dixit: Literis, de quibus proxime dictum est acceptis, constituit nobis, vt sequenti die sermonem cum eo haberemus. Abivimus ergo, at postero die reversos non admisit, neque etiam satisfecit literis, sed publice pro concione eadem quæ ante, & his quoque deteriora dogmata proposuit. Neque vero solum ante redditas literas hæc docebat, sed multo pejora, postquam accepit, docuit, & vsque hodie docere non desinit.

Quo die dictus. *Soc. lib. 7. cap. 47.*

Habitus est die sabbati, quo solebant frequentes cogi synaxes, vt constat ex facto Procli Thalassium ordinantis, cum inter alios senatores sabbato ad Episcopum in Ecclesiam venisset. Habitus est, inquam, die sabbati, qui decimus tertius mensis Decembris: nam literæ sedis apostolicæ & Cyrilli Nestorio a quatuor Episcopis diœcesis Ægyptiæ redditæ sunt die dominico, vt constat ex relatione ipsorummet Episcoporum, acceptæ vero sunt septimo Idus Decembris, vt tradit Mercator, & sermo habitus est sex diebus post acceptas literas, quemadmodum idem Mercator testatur. Necesse est igitur, vt habitus dicatur die 13. Decembris: nam anno 430. litera Dominicalis erat E, & proinde mensis initium ducebat a feria secunda, atque ita dies septimus fuit dominicus, decimus tertius, sabbatum.

Et si porro Nestorius debacchatus est maxime adversus Cyrillum, præ animi tamen impotentia, in ipsum quoque Joannem Antiochenum, licet amicum, invectus est, sed ita vt licet argumentum monitoris refellere conetur; consilium tamen sequatur, & Θεοπτίας publice confiteatur. Quo argumento.

Nullus sermo est, ex quo plura discere liceat ad rem Nestorianam spectantia: singula enim fere verba studiose conquisita sunt, sive ad dissimulandam sententiam, sive ad calumniam adversariis faciendam, sive ad fallendos imprudentes auditorum, quod versipellis hæreticus revera præstitit, teste Mercatore, imo & eventu ipso. Vide notas, quibus ad singula fere loca opus fuit. Qua arte.

I. Laus præcedentis doctoris, qui de caritate dixerat.

DULCEM nobis præcedens doctor mensam caritatis apposuit: non enim habet fraterni amaritudinem odii; non habet venenum livoris: non habet simulatæ fraternitatis rubiginem. Sic sunt dulcia caritatis, vt ea & omnium Dominus diligat. Amat caritatem Deus tanquam suæ benignitatis ingenitum bonum; & ex hac omnibus gentibus beneficas necessitates instruit: quoniam enim multa erant, quæ hominum amicitiam dividebant, inseruit Deus necessitates invitis, quæ eos in amicitiam mutuam copularent. Alia penes Dalmatas habentur terræ germina; alia penes Gothos rerum indigenarum vbertas; alia Hispanicæ terræ fœcunditas; altera locuples & opulenta Africæ latitudo terrarum; ad hoc, vt quæ vnicuique desunt, sumat a proximo; & horum, quæ non habet inops, aliunde petens, necessitate in amicitia proximi fœderetur. Et caritatis ipsius qua Deus gentes inter se devincit.

II. Qua etiam Verbum naturam humanam induit numquam deponendam.

Propterea & omnium Dominus indutus est nostram naturam, nunquam spoliabile scilicet deitatis vestimentum, inseparabile indumentum divinæ substantiæ, speculum Domini omnium, quod cum naturæ dignitatem propriam perdidisset, tametsi decies millies irascatur audiens* Manichæus, non ad vsum naturalem accepit hoc vestimentum, sed in sempiternum, vt ad dextram suæ divinitatis faceret considere; nihil sine isto suo vestimento viventibus donat; non judicat mortuos sine isto; vnum esse voluit cum isto divinitatis suæ regnum. In stupore remaneat dentium Paulus Samosatenus, qui nobis dominicam humanitatem nudam a deitate delirat, qui solam, præter divinitatem, fabulatur hanc, quæ semper conjuncta est atque connexa; quæ eadem ac pariter potest, quæ Deus: *Donavit enim illi Deus nomen quod est super omne nomen.* *Philip. 2. v. 9.*

* *Corrig.* Marcellus

III. Catholicum simulat, dum artificiose hæresim tradit.

Et vt nemo miretur carnis cum divinitate audiens regnum, præmonuit per Scripturam Spiritus, quod videtur incredulum, in habitaculo habitantem demonstrans, ex quo & vnde honor circa id, quod videtur & paret, adcrevit: *Donavit illi*, inquit, *nomen, quod est super omne nomen, vt in nomine* JESU *omne genu flectatur, cælestium, terrestrium, & infernorum, & omnis lingua confiteatur Deo, quia Dominus* JESUS CHRISTUS *in gloria est Dei Patris.* Non depretiavit, inquit, divinam substantiam circa illud, quod invisible est, honor cuncta præcellens, quia demonstratur, quemadmodum Filius diligatur a Patre: vnus enim filius, quod visibile est, & quod invisibile: vnus Christus, & iste qui vtitur, & id quo vtitur, naturæ duplices, sed filius singularis. *Ibidem.*

IV. Provocat Cyrillum ad certamen, calumniamque struit.

Quid sermonem in calumniam vocas? Quid me latenter sagittis aureis jacularis? Quid in me sagittas aureas absconditus mittis? Experiamur nostra certamina: causas invicem vitæ nostræ religionisque præstemus. Pius est Imperator; Reginæ Deum amant: esto in disputando vir fortis, quid prohibet in disputationem venire? quid perturbationes ferinis rugitibus afferre conaris? Novi & ego cum propheta clamare: *Paratus sum, & non conturbatus.* *Psal. 118. v. 60.*

V. Commemorat vetera

Docuit me & Moyses non conturbari, siquidem experimentum acceperis pro-

Alexandrinorum cum Antiochenis & Constantinopolitanis diffidia.

phetæ prædicti Ægyptiaca desperatio; nec beatum quondam Flavianum terruisti, cum tyrannico spiritu epistolas mitteres; nec eum, qui ante hunc inter sanctos numeratur, Meletium perturbasti. Tu quæ habes & donas, (*bonus homo de bono thesauro profert bona*) & beato Nectario talium munerum tuorum gustum dedisti. Taceo de Joanne, cujus nunc cineres * adorando veneraris invitus. Me episcopatus cura nulla sollicitat, nec mihi de eo vllus est sermo; donec spiro, sano dogmati adsum.

Matth. 12. v. 35.

*Cerris. adorandos

VI. Mentitur sibi litem intentari de vna sola vocula Θεοτόκος, eaque, vt ipsi quidem videtur, ambigua.

Sed elegantem & speciatam eorum auferam occasionem. *Non dicit*, inquiunt, Θεοτόκον, *id est, genitricem Dei*, & hoc est totum, quod nostris sensibus ab illis opponitur: *Nemo enim*, aiunt, *rectam fidei gloriam sequens, vocem hanc aliquando declinavit.* Multa dogmatum ibi experimenta suppeditant, maxime quidem, quæ sunt Apollinaris sectæ & Arii, vel Eunomii. Si investiges, vnusquisque eorum Θεοτόκον, id est, Dei genitricem, appellavit virginem sanctam.

VII.

Tu vero intende, quæso, in hæc quæ dicuntur, vt contra hæc ipsamque etiam escam quam hamo apponentes loquuntur, defensionem paratissimam habeas. Scis hoc Apollinarem dicentem? Scis hanc vocem, id est, Θεοτόκον, apud Arium plausus maximos excitare? Scis hanc quoque apud Eunomium frequentari? Etiam, inquis, sed non secundum illos, ais, hanc, vocem enuntio. Laudo inficias tuas, interim arguo te ipsum in eo, quod dicis vocem hanc solam esse veritatis tenacem: sunt enim & dicentes Θεοτόκον, & tamen, secundum tuam confessionem, eos esse hæreticos constat. Sed quoniam illi dicentes Θεοτόκον, hinc naturæ vtriusque conficiunt permixtionem, seu temperamentum, vt quæ sunt humilia, non videantur de carnis dicta esse substantia; nec quæ alta sunt, de Deo & Domino omnium intelligantur expressa: ideoque damna eos, qui dicunt, secundum Apollinaris & Arii sensum, Dei genitricem; & ego vna tecum clamo Θεοτόκον, sed & Θεοτόκον dico, & addo hominis genitricem, hoc est, ἀνθρωποτόκον: hoc enim hæreticus non patitur dicere, propter eam divisionem, quæ ex distinctione facta est quoque verborum.

VIII. Videtur palinodiam recantare, sed maligne, & se Pauli exemplo tegens.

Igitur vt eorum conciones etiam elegantes & sapidulas superemus, dicamus Θεοτόκον: sciebat namque etiam Paulus talia facere, ne scissuræ fierent per aliquam justitiam coloratam, cum gratiam prædicabat, legisque inutilitatem confidenter arguebat; sed Hierosolyma veniens docetur ab Apostolis condescendere debere ibidem habitantibus, vt non fierent scissuræ in Ecclesia, quod habere videtur speciem pietatis. Quid igitur facit? Suscipit legis observantiam, ita vt & purificaretur, & raderet caput, omnia faciens propter ædificationem Ecclesiæ, quod postea hoc ipsum in Ecclesiarum institutione exponens, atque doctrina dicebat: *Factus sum Judæis tanquam Judæus, vt Judæos lucrifaciam; his qui sub lege sunt, tanquam sub lege essem, cum ipse non essem sub lege, vt eos qui sub lege erant, lucrifacerem; iis qui sine lege erant, tanquam sine lege essem, cum sine lege Dei non essem, sed in lege essem Christi, vt eos qui sine lege sunt, lucrer: omnia factus sum omnibus, vt omnes lucrifaciam.* 1. Cor. 9. v. 20.

IX.

Si igitur & tu non secundum Apollinaris morbum Θεοτόκον divulgas Mariam, abscondens in persona catholica rabiem Apollinaris, confitere mecum, quæ apud omnes catholicos dicuntur; hoc autem catholicorum est proprium eorum, qui hanc vocem, id est, Θεοτόκον emittunt, vt & ἀνθρωποτόκον, id est, hominis genitricem pronuntient virginem sanctam.

X.

Genitrix Dei est, non propter nudam humanitate divinitatem, sed propter vnitum templo Deum Verbum: hominis vero genitrix, id est, ἀνθρωποτόκος propter templum, quod consubstantiale est naturaliter Virgini sanctæ, quanquam & Χριστοτόκον, id est, Christi genitricem dicere, nihil aliud sit, quam communem divinitatis & humanitatis rem confiteri. Et hoc Paulus docet, qui de vna eademque persona clamans: Jesus, inquit, *heri & hodie, idem ipse in sæcula.* Heb. 13. v. 8.

XI. Blanditur sibi quasi satisfecisset fideiatque Joannis Antiocheni monito.

Soluta sit interim hæc eis & ablata rationis speciem habens occasio, confitere vtrumque appellans, sanctam Virginem, Θεοτόκον pariter & ἀνθρωποτόκον: tu vero noli eam Θεοτόκον tantummodo appellare, hoc enim Arius prædicat ac veneratur; sed adde vocem pariter catholicorum, quæ & genitricis Dei præmuniat intellectum. Θεοτόκος Virgo sancta, secundum vnitatem, ἀνθρωποτόκος, id est, hominis genitrix secundum parem naturam. Sic & quæ Apostolorum sunt prædicabis; quæ hæreticorum, prudenter effugies, & maxime quæ sunt Samosateni Pauli, atque Photini, quæ te scire confingens, prorsus ignoras.

XII. Explicat Samosateni & Photini hæresim, quam a suis adversariis ignorari criminatur.

Nam Paulus atque Photinus nesciunt filii deitatem; (vestram autem caritatem oportet hæc nosse, vt ab his, quæ a prædictis dicuntur, minime rapiamini) Paulus ac Photinus hominum imprudentissimi nesciunt filii duas naturas, nesciunt Deum & hominem; dissentiunt autem sibi invicem, & a me Paulus quidem in eo, quod dicit, Christum hominem solum, & tunc solum initium habere, ex quo de Virgine natus est; ego autem tibi ideo hic resisto, vt deitatem, quæ æterna est, carni contemporalem non audeas facere.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

XIII. Purgat se crimine consensionis cum Samosateno, quod regerit in catholicos.

Quid arguis eum tanquam Pauli doctrinam asserentem, qui quæ sunt Pauli subvertit? Quis est hic, qui Pauli asserit sensum? Qui dicit deitatem contemporalem corpori? An qui dicit deitatis in Filio essentiam ante sæcula genitam esse de Patre?

XIV. Exponit sententiam Photini per contentionem primum cum Samosateno.

Et hæc quidem pessima Samosateni Pauli est secta; Photini vero ad hanc distantia, non quia deitatem Filio dicit, sed quia dicit Verbum aliud præter quam quod vltimis temporibus venit, quia dicit Verbum præter templum.

XV. Quid intersit inter Photinum, & Paulum.

Oportet autem manifestius dicere, vt liquidius & apertius vnicujusque morbum sectæ possitis agnoscere. Et Paulus & Photinus hanc inter se differentiam habent: vnus eorum Christum solum hominem dicit, alter vero dicit quidem Verbum; non autem hoc confitetur esse Deum, sed dicit Verbum istud aliquando quidem Patris nomine vocitari, aliquando autem Verbi nomine nuncupari: vnde etiam hoc appellat λογοπάτορα, hoc est, Verbum & * Pater, sive si dici possit, * Verbipater, accipiens ad hoc, pro sui sensus nequitia, illud bene in Evangelio dictum: *In principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum. Vides*, inquiens, *quia Deum Verbum aliquando Deum, aliquando Verbum appellat, tanquam extentum atque collectum.* Non autem introducit Deum Verbum hominem factum: nescit enim Christi divinitatem, nescit divinam substantiam hominem suscepisse, nescit prorsus Verbi existentem ante sæcula deitatem.

* Patrem
* Verbipatrem
Ioan. 1. v. 1.

XVI. Deinde cum Sabellio.

Hanc ergo Photinus adversus Paulum distantiam habet; istam vero Sabellius ad Photinum: quia Sabellius υἱοπάτορα dicit ipsum Filium, quem Patrem, & ipsum Patrem, quem Filium, Photinus vero λογοπάτορα. Photinus vero, sicut prædixi, deitatem Verbi non habet; Sabellius autem dicit quidem Filium, non autem dicit substantiam Filii in proprietate consistere: vnde & υἱοπάτορα dicit, hoc est, ipsum Patrem esse quem Filium, propterea quod vnam substantiam somniat. Sed ideo divina scriptura contra eorum morbum præmuniens, exponit Verbi incarnationem: *In principio*, inquit, *erat Verbum*, & cætera quæ sequuntur; deinde descendens ait: *Et Verbum caro factum est*; vt ostendat substantiam Filii in proprietate sua existentem, præter substantiam Patris. Denique cogitur Photinus arctatus Verbum dicere, non autem Verbum hoc Filium confitetur: hæc spiritus prævidens cordi scriptoris hujus se infudit, vt catholicorum animas muniat. Et quid ait? *Verbum caro factum est.*

Ibidem.

Ibid. v. 14.

Ibidem.

XVII. Hanc Photini sententiam refellit testimonio Joannis Evangelistæ.

Ecce agnovisti interim Verbi substantiam propriam, quomodo etiam agnoscamus vnigenitum, quia Pater non est secundum Photinum, nec λογοπάτορ, sed Deus Verbum & Filius: *Et Verbum*, inquit, *caro factum est, & habitavit in nobis*, hoc est, in nostra habitavit natura. *Et Verbum caro factum est*, bona etiam locutionis ipsius designatio, vt vndique curarum inanium vanitas auferatur: *Et Verbum caro factum est*, suscepit, inquit, nostram naturam. Deinde vt benignitas amplior & admiratio esset, a viliore parte naturæ nominat humanitatis susceptionem, *Verbum*, dicens, *caro factum est*; non quod de sua essentia decesserit, propter hoc enim adjecit: *Et habitavit in nobis*; vt ostendat susceptæ humanitatis inhabitationem, *& Verbum*, ait, *caro factum est.*

XVIII. Allato Pauli testimonio quod malitiose in catholicos detorquet, quasi per Incarnationem dicerent, Verbum in carnem commutatum fuisse.
Gal. 3. v. 13.

Quoniam autem non demutationem demonstrat, dicendo, *factum est*, ex aliis verbis divinæ scripturæ Evangelistæ vocem agnoscere possumus. Audiatur Apostolus Paulus de Domino vociferans: *Christus nos redemit de maledicto legis, factus pro nobis maledictum.* Certe si secundum mutabilitatem dictum esse intelligeretur, *quod factum est*, non poterat benedictionem donare quod maledictum est, non poterat maledictum a maledictione liberare. Quid ergo est, τὸ *factum est?* Nobis debitum maledictum in se ipse suscepit: nobis, inquit, peccatoribus crucis pœna debebatur; nos manebat judiciaria condemnatio; nobis omnis pœnæ genus debitum erat; nos omnis excessus supplicii expectabat: sed venit ipse, & eam, quæ nobis pœna debebatur, innoxia carne suscepit, vt peccatum ipsum tanquam injuste irruens condemnaret, ad diabolum peccati patrem ista vociferans: LATRONES TANQUAM PECCATI REOS CRUCI TRADIDISTI; ME AUTEM QUAM OB CAUSAM CUM LATRONIBUS PATIBULO AFFIXISTI?

XIX. Invehitur tacito nomine in Ioannem Antiochenum.
Vide notat. Rom 8. v. 3.

Hoc & Paulus demonstrans, peccati scilicet per dominicum corpus condemnationem: *Deus*, inquit, *Filium mittens in similitudinem carnis peccati.* Bene quod *in similitudinem carnis*, quoniam corpus, quod parebat, peccatricis similitudinem carnis circumferebat. *Deus Filium suum misit*, nomen commune naturarum, hominis scilicet & Dei. Non dixit, Deus Deum Verbum mittens, vt accepta hac voce hæreticus insiliat, & dicat: Vides quemadmodum alius mittit, alius autem mittitur. Filius, o Ariane, mittitur secundum humanitatis naturam; non autem mittitur secundum essentiam deitatis: non enim est vllus locus a Dei potentia separatus.

Inter plausus interea Photinus, cum arguitur, non debet effugere; de hoc enim disputans doctrinam Pauli Apostoli interposui, ostendens quod Verbum sit Filius: *Deus Filium suum misit in similitudinem carnis peccati.* Non dixit: Deus Deum Verbum misit; & certe Verbum Dei non erat a templi separatum natura. Statim ex imperitia in clamore insiliunt, dicentes: *Quomodo alterum esse dixit Deum Verbum, & alterum Filium, qui missus est?* Non dixi alterum Filium, aut alterum Deum Verbum; sed dixi Deum Verbum naturaliter & templum naturaliter alium filium conjunctione vnum, sic & alibi dixi sub principio.

XX. Cyrillum ad disputationem vocat. *Vide notas. Act. 3. v. 6.*

Prodito in medium, & voces has argue; noli me sagittis aureis vulnerare; non sunt mihi sagittæ aureæ. Dico ego ad te beati Petri verbis: *Aurum & argentum non est mihi; sed quod habeo, do tibi in nomine Domini nostri* JESU CHRISTI *Nazareni.* Disce hominem & Deum.

XXI. Iterum invehitur in Ioannem Antiochenum. *Gal. 4. v. 4.*

Sed id quod dicebam, missionem a Patre nusquam divina scriptura divino Verbo consignat, sed Filio, qui est Deus Verbum & homo; sic & alibi: *Misit Deus Filium suum.* Non dixit: Misit Deus Deum Verbum; ambo enim, si ita diceret, invenirentur locales & in parte. Si divinitatis erat natura, qui mittebatur, & qui mittebat, localis & in parte est; qui enim mittitur, illuc mittitur vbi non est.

XXII. *Ibidem.*

Misit Deus Filium suum, quoniam inconveniens erat deitatis naturam inter missos videri, Paulus senex omnium dominum possidens Christum, verius ac liquidius de se ipso noscentem: *Misit*, inquit, *Deus Filium suum factum ex muliere.* Filius Dei natus est, Deus Verbum & homo: ergo quæ peperit, propter vnitatem dicatur genitrix Dei, id est, Θεοτόκος; propter naturam vero hominis, hominis genitrix, hoc est, ἀνθρωποτόκος; & quoniam vtrumque vna locutione dicere refugis, Deum & hominem dico, Χριστοτόκον ne dixeris. (ecce voce distinguor a te tantum) Sed cum Dei genitricem, hoc est, Θεοτόκον vocas, memineris & hominis genitricem, hoc est, ἀνθρωποτόκον vocare, ne dispensationem auferas, quæ est caput nostræ salutis. *Ibidem.*

XXIII. *Gal. 4. v. 4.*

Misit Deus Filium suum factum ex muliere, factum sub lege. Quis erat factus sub lege? Divinitatis natura? Quomodo? tanquam posset legis præcepta servare? Quomodo? tanquam posset ostendere sacerdotibus legis prævaricationem se non incurrisse? purificationes quoque legales suscipere habuit divinitatis natura in templum ascendens hostias immolare? Et quis audebat divinitatis naturam fuisse in legem prævaricatam, sacerdotibus persuadere?

XXIV.

Sic Filius sub lege factus est, & non est factus: factus quidem est, humanitate suscepta; non est factus, majestate deitatis: deitas enim, quæ legem promulgavit, cui alteri, tanquam legislatori, habuit, quæ sunt legis offerre?

XXV. *Ibidem.*

Misit Deus Filium suum factum ex muliere, factum sub lege, vt eos qui sub lege erant redimeret, vt adoptionem filiorum reciperemus. Propter hoc eum, qui non noverat peccatum, pro nobis peccatum fecit. Sicut & illud: *Factus est pro nobis maledictum;* non benedictionem illam, quæ est deitatis naturæ, in maledictum versam conscriptor nobis exposuit; sed quia suscepit in se naturæ nostræ peccatum, improbam in eum pœnam irruisse significavit: sic & quod pro nobis peccatum fecit, videri eum fecit conspectibus hominum, reis æqualia sustinere, & æqualiter cum latronibus crucifigi; sed non pro se. Sed pro quibus, o Paule? *Eum qui non noverat peccatum, pro nobis peccatum fecit?* *Gal. 3. v. 13.* *Ibidem.*

XXVI. Redit ad Photinum, cujus societas maxime invidiosa erat. *Ioan. 1. v. 14.*

Sed id quæritur, vnde Verbum Filius. Ut Photinum maxime convincamus, Verbum quidem confitentem, non autem dicentem Deum Verbum Filium: *Verbum caro factum est, & habitavit in nobis.* Vide quomodo, & susceptionem hominis demonstrat, cum ait: *Et habitavit in nobis. & vidimus gloriam ejus.* Cujus? Verbi sine dubio: *Gloriam tanquam vnigeniti a Patre.* Vides quod non alius quidem vnigenitus, alius vero a Patre: ergo Dei Verbum Filius. Quomodo igitur, Photine, subvertis substantiam divinitatis?

XXVII. Adulatur auditoribus & sibi.

Sed si respicimus ad aviditatem studii vestri, hic nos sol ipse deficiet, & ad alteram doctrinam tendere forsitan non valebimus. Hæc igitur apud vos conservate, scit enim diabolus hominibus & de bonis nociva moliri. Bonæ quidem de Deo disputationes: vitæ enim in se effundunt vnguentum, sed disputationes generant contentiones, contentiones iracundiam movent, iracundia provocat manus, manus provocatæ moventur ad vulnera, vulnera vero, absit experientia ab ipso sermone, quid faciant, & quem habeant finem? Namque aliquoties vltimam generant mortem.

XXVIII. Invidiam conflat Cyrillo, tanquam homini nihil non audenti.

Quod, Ægyptiis quidem curantibus, in nullo continget: nullus enim locus eis insolentiæ datur in civitate quæ regnat; vna namque illis cura est, totum vbique turbare. Sed nos aliis contra eos armis certemus, Pauli videlicet mandata sumentes: *Oportet*, inquit, *Episcopum irreprehensibilem esse, vnius vxoris virum, sobrium, pudicum, decentem, ornatum, docibilem,* *1. Tim. 3. v. 2.*

lem, amplectentem eum, qui secundum doctrinam est, fidelem sermonem, vt potens sit exhortari in doctrina sana, & eos qui contradicunt, arguere; non dixit eos, *qui contradicunt, potens sit vulnerare;* sed, *vt potens sit eos, qui contradicunt, redarguere;* & sanam defendere atque amplecti doctrinam. Nam quid ergo si ille irritaverit, inquies? Oportet mansuetudine docere contradicentes: *Nequando det illis Deus recognoscere, & resipiscant de diaboli laqueis, a quo captivi tenentur, secundum ejus voluntatem.*

2. Tim. 2. v. 26.

XXIX. Suamque patientiam deprædicat.

Nemo perturbationes perturbationibus sedat; nullus medicus vulnera vulneribus sanat. Propter pacem tyrannidis temeritatem tolero; contra calcitrantem non calcitro; calcitrabatur Christus aliquando, sed ipse non calcitrabat; sed quid ad calcitrantem dicebat: *Durum est contra stimulum calcitrare?*

Act. 5. v. 5.

XXX. Rursus Θεοτόκον confitetur, non tamen sincere.

Hæc igitur apud nosmetipsos memoriter, vt dixi, servemus; omnem hæresim aversati odio habeamus cum Paulo Samosateno Photinum; Arium cum Apollinari detestemur, & ad omnem prorsus sectam pravæ fidei implacabiles, fidemque Ecclesiæ amplectentes, ad membra propria non conturbemur. Et qui dicunt Θεοτόκος tantum, tametsi desit eis, quod postea forte suscipient, & circa rectam fidem claudicent; verumtamen membra sunt Ecclesiæ. Et qui dicunt tantum hominis genitrix, id est, ἀνθρωποτόκος, & isti sunt membra Ecclesiæ, sed spiritalis inopes medicinæ. Non ergo in fratres fraternitas irruat: *Frater fratrem adjuvans exaltabitur, sicut civitas firma.* Et iterum Paulus: *Fratres,* inquit, *etsi præoccupatus fuerit quis in aliquo delicto, vos qui spirituales estis, instruite hujusmodi in spiritu mansuetudinis.* Puta qui dicit Θεοτόκος, si & Χριστοτόκος dicat, quod nomen sit duarum significatio naturarum. Et oportet ad ædificationem Ecclesiæ omnia facere.

Prov. 18. v. 9.
Gal. 6. v. 1.

XXXI. Rursus & obtrudit Χριστοτόκον, quasi vocem convenientiorem sedandis dissidiis.

Est quidem, vt dixi, vox ista, id est, Χριστοτόκος, significativa duarum naturarum, & deitatis, & humanitatis: quando autem cum simplicioribus agitur, opus est voce manifestiore. Quid impedit intellectum Χριστοτόκον dici, & Θεοτόκον & ἀνθρωποτόκον? sicut qui dicit, Christus, confitetur, quia Deus & homo sit: sic & Θεοτόκος & ἀνθρωποτόκος si dicas, vtrumque confessus es.

XXXII. Epilogus calumniæ, malitiæ & hæresis veneno subtiliore plenus.

Deponamus igitur, quæso, vtrinque adversus membra nostra aciem contentionis; & si quisquam impudentior fuerit, ignoscamus; & si quislibet subtilius dicat, venia similiter dignus habeatur: vnum tamen prospicientes, ne creaturam Verbum Deum quispiam dicat; ne humanitatem, quæ suscepta est, imperfectam. Si quis dicat hæc, justa adversus hunc ira suscipiatur; si vero in his, quæ tu confiteris, distantiam affert, quid non ad eum dicis: Si locutio fratrem meum offendit, non eam proferam in æternum. Quod si alicui ad pacis consilium minus idoneus videor, audite ad vos Paulum clamantem: *Quæ didicistis, & audistis, & accepistis, & vidistis in me, hæc agite, & Deus pacis erit vobiscum.*

Philipp. 4. v. 9.

DULCEM NOBIS COENAM, &c.] Præsidente Nestorio, docuerat populum presbyter de more, dixeratque de caritatis officiis vel generatim, vt viam faceret in animos concionaturo Præsuli; vel de eo speciatim, quod est pauperibus, atque etiam hospitibus, & amicis convivium parare, exemplo Christi discipulos excipientis cœna mystica, cum valedicturus esset.

De caritate presbyter catechista locutus Nestorii jussu.

Dicentis verba excepit Nestorius, & post laudes tum oratoris, tum caritatis, quibus maligne carpebat initium literarum, sive quas a Cyrillo, sive quas a Joanne Antiocheno acceperat, exposuit primum dogma Incarnationis, de duabus naturis, & individua vtriusque conjunctione. Tum debacchatus tacito nomine, in Cyrillum, quem ad disputationis certamen provocat, invidiose queritur, adversus Joannem Antiochenum de vna voce sibi litem fieri, quam cuique vsurpare liceat, modo sensum hæreticum vitet. Deinde purgare se nititur crimine consensionis cum Samosateno & Photino. Postea de Θεοτόκῳ & Χριστοτόκῳ verbose disserit. Tandem in suas intemperias iterum actus Cyrillum lacessit. Denique auditores hortatur ad ferendum patienter eos, qui Θεοτόκου vocem vsurpare vellent. Non immerito dici potest hic sermo totius Nestorianæ doctrinæ compendium.

Excipit dicentis verba Nestorius, faciqueque septem sui sermonis partes.
Num. 1.
Num. 2. & 3.
Num. 4. & 5.
Num. 6. 7. 8. 9. 10. & 11.
Num. 12. vsque ad 19.
Num. 12. & 32.
Num. 27.
Num. 32.

Fuit porro initium literarum Cyrilli: *Cum Salvator noster aperte pronuntiet:* Qui diligit patrem aut matrem super me, non est me dignus; & qui diligit filium aut filiam super me, non est me dignus; *quid nos patiemur, qui deposcimur a tua religione, vt te super Christum salvatorem omnium diligamus?* &c.

Matth. 10. v. 37.

Joannes autem epistolam inde ordiebatur: *Meam de tua pietate sententiam, per dominum meum magnificumque per omnia Irenæum comitem, sincere absque vllo prorsus fuco dilectioni tuæ patefeci; & quoniam vera expurgatione vsus, omni, vt arbitror, suspicione apud te vacuo, libere candideque sinceritati tuæ in posterum consilium dare institui. Poteris autem ex his, quæ suasurus sum, nostri erga te candoris non leve argumentum sumere, simulque quanta ea caritas, quæ secundum Deum est, curæ nobis sit perspicere. Quam sane caritatem qui consectantur, illi divinis legibus obtemperant: qui vero ea neglecta impostura student, ii suis se telis prius conficiunt, quam eos quos adoriuntur.*

INDUTUS EST NOSTRAM NATURAM, &c.] Affinis est hic locus duobus aliis, qui sunt in sermone primo & septimo, aut ipsorum potius repetitio quædam ac expositio.

Error de Christo indumento Verbi. *Vide notas ad vtrumque locum.*

AUDIENS MANICHÆUS, NON AD USUM, &c.] Corruptus est locus, nam Manichæus pro Marcello suppositus est, naturalis vsus pro temporali: neque enim vnquam Manichæus legitur ita sensisse de Christo, atque hic dicitur, sed Christi carnem phantasticam

Locus emendatus.

dixit, & non verum vestimentum. Marcellus autem, vt est a veteribus proditum, deliravit, assumptam fuisse ad tempus a Verbo humanam naturam; deponendam vero, post factum de hominibus judicium. Sic ergo emendandus locus: *Tametsi decies millies irascatur audiens Marcellus, non ad vsum temporalem accepit hoc vestimentum, sed in sempiternum, vt ad dextram suæ divinitatis faceret considere.*

Cyril. Hierosolyth. 11. Eusl. lib. 3. de eccl. Theol. Socr. lib. 2. cap. 19.

Emendationis ratio.

Emendationis causa multiplex quidem est, & potissimum ex historia Marcelli petita; sed hæc, opinor, omnium certissima, quod Chrysostomum, vt solet, hoc etiam in loco Nestorius imitatus sit. Ait vero ille: *Contemplare mihi terribilem & arcanam illius mysterii dignitatem, nam perpetuo tabernaculum istud incolit; etenim carnem nostram induit, non tanquam iterum illam derelicturus, sed vt secum semper illam habiturus: quippe nisi ita se res haberet, non eam vtique throno regio dignatus esset, nec illam gestans adoraretur ab omni militia cælesti*, &c.

Homil. 11. in Iovinem ad hæc verba: Et habitavit in nobis.

Locus consonus excerpto 13. Cyrilli.

NIHIL SINE ISTO, &c.] Idem fere habetur in exscripto 13. Cyrilli. *Quis nunc benignitatis tam immensum aspiciat pelagus, naturam cum suo opifice dominantem, & conjunctam homini deitatem, nihil sine hoc jubentem, nullum absque isto judicantem, cum eo vivorum curam in summa providentia gerentem, & cum ipso mortuos suscitantem. Spes omnes has, quæ omnibus a fortissimo & benigno Domino gubernantur, hæretici debilitant, atque convellunt.*

Videtur Baronius hunc sermonem legisse.

Ad ann. 428. num. 32.

IN STUPORE REMANEAT, &c.] Baronius refert ista, aut certe admodum similia, nec aperit, vnde acceperit; ostendit tamen hac adjecta nota, &c. se ex prolixiore sermone mutuatum. Cum ergo vellet aliquid afferre, quo sententia Socratis, negantis Nestorium cum Paulo Samosateno sensisse, aliquatenus juvaretur, ita scribit: *Ad excusationem Socratis illud afferri posse videtur, quod versipellis hæresiarcha Nestorius sciens, male audire in Ecclesia nomen Pauli Samosateni, atque ab orthodoxis omnibus procul explodi, simulavit se eumdem Paulum pariter detestari, profiterique Nicænum concilium, vt eo modo audientium animos sibi conciliaret. Vnde accidit, vt ipse Nestorius in Paulum ista jactarit:* SIC PEREAT PAULUS SAMOSATENUS, QUI NUDAM NOBIS DOMINICAM DELIRAVIT HUMANITATEM, &c.

Quo ex libro.

Legerat, opinor, Baronius, vt evolvere solebat codices Bibliothecæ Vaticanæ, quam curabat, Marii Mercatoris opera Hidelberga Romam ablata: hinc enim & nobis, & aliis quibusdam transmissum est apographum; sed codex ille Palatinus tot mendis fœdatus, totque lacunis interstinctus erat, vt vix pauca quæ retulit, ex sermone isto potuerit exprimere.

Dissimulata hæresis de duobus filiis.

In contradict. primi anathem.

UNUS ENIM FILIUS, QUOD, &c.] Cui non faciant fucum hæc catholica in speciem verba? Fecerunt certe auditoribus, cum dicerentur, quemadmodum auctor est Mercator: vnde sycophantas, atque invidos vocarunt, qui Nestorium accusarent, & in hæc verba palam eruperunt: *Ecce vnum dixit, quid vultis amplius?* Vide Mercatoris locum, vbi fraus Nestorii retegitur.

Calumnia in Cyrillum.

QUID IN ME SAGITTAS AUREAS ABSCONDITUS MITTIS, &c.] Objectum id Cyrillo calumniose, nunc quidem a Nestorio, postea vero a Nestorii sequacibus, quod muneribus rem ageret, & suas in partes Episcopos pollicitationibus traheret. Orientales, seu potius Orientalium nomine Theodoretus: *Scitote, quod videntes Cyrillianos tyrannide, & fraudibus, & adulatione, & donis omnes, vt ita dicam, decepisse, non raro pientissimum Regem obsecravimus*, &c. Et paulo post: *Sic poterit Ægyptius omnes excecare muneribus suis*, &c. Et in epistola ad Rufum Thessalonicensem: *Cum pietate destituerentur, aliam necessario sibi potentiam excogitarunt, nempe hominum propugnacula, rati profusione pecuniæ se Patrum fidem expugnaturos.* Regerit porro injuriose suum ipsius crimen pauperum deprædator in virum sanctissimum: nam & populus palam Nestorium hujus sceleris, & monachi in supplicatione ad Imperatorem, & Cyrillus ipse passim accusavit, quamquam Cyrilli famæ nocuerunt opes, quas moriens reliquit consanguineis, quasque Dioscorus repetundas putavit; imo & Theophilus Cyrilli præcessor & patruus suspicione avaritiæ laboravit. Vide literas Athanasii *act. 3. conc. Chalcedonensis*, & Socratem *lib. 6. cap. 7.* & Baronium *ad ann. 445.* vbi observat opes a Præsulibus, etiam sanctis, relictas nepotibus, ex Ecclesiæ proventu, causam fuisse semper vexationis, sive justæ, sive injustæ.

1. p. c. Eph. sub finem

Epist. postrema schismatic. eorum ad suos. 1. p. c. Eph. in aliis adversus Cyrillum.

CAUSAS INVICEM, &c.] Alludit ad libellos sibi datos adversus Cyrillum, de quibus dictum est in observationibus; tum ad epistolam Cyrilli ad suos clericos Constantinopoli existentes; tum ad literas postremas Nestorii ad sanctum Cælestinum. Alludit etiam ad querelas contra ipsum, cum publice, tum privatim apud Imperatorem factas, de quibus in observationibus ad sermonis septimi initium.

Coram Imperatore & Regina.

In fine 2. epist. ad Cyrillum.

PIUS EST IMPERATOR, &c.] Tentaverat suis artibus aulæ fidem, peneque traxerat in suas partes Pulcheriam cum Imperatore fratre, & virginibus sororibus, vt ipsemet jactabundus gloriatur. Quæ causa fuit, vt Cyrillus de mysterio Incarnationis libros duos scriberet, vnum ad Imperatorem, alterum singularem ad Pulcheriam, & Reginas sorores: singularem dico, nam qui alius vulgo legitur in editis concilii Ephesini codicibus, Cyrilli non est; sed Theodoti, atque etiam Attici, vt in dissertatione de libris Cyrilli ostendetur. De artibus Nestorii ad fallendam regiam domum, aulæque proceres, vide supplicationem monachorum ad Theodosium.

1. p. c. Eph. cap 30. nu. 4.

Alexandrinorum in Antiochenos & Constantinopolitanos odium in se exercerti causatur.

BEATUM FLAVIANUM, &c.] Duos Antiochenos Episcopos, Meletium & Flavianum; totidem Constantinopolitanos, Nectarium & Joannem Chrysostomum, ab Alexandrinis Petro, Timotheo, & Theophilo dura passos causatur, vt se ex Antiocheno presbytero factum Constantinopolitanum Episcopum vexari probet a Cyrillo Alexandrino, non suo merito, sed quasi nativo vnius gentis in aliam vel livore, velodio. Quæ vero Meletius a Petro & Timotheo, quæ Flavianus, Nectarius, & Joannes a Theophilo sint passi, videre est apud scriptores illorum temporum.

Calumniatur directe Theophilo, & Cyrillo, oblique Romano Pontifici.

Lib. 5. hist. cap. 23.

TYRANNICO SPIRITU, &c.] Regerit in Theophilum crimen impotentis cujusdam tyrannidis, cujus a Romano Episcopo, Theophili impulsu, accusatus est Flavianus apud Imperatorem. Sic enim Theodoretus: *Cum Episcopi Romani, non Damasus solum ille admirabilis, verum etiam post illum Siricius & Anastasius Siricii successor, vehementius in Imperatorem invecti essent, dixissentque eum illos, qui tyrannidem contra se exercere molirentur, opprimere; sed iis, qui per tyrannidem Christi leges avertere studerent,*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

impunitatem concedere; eum accersit denuo Imperator, Romamque vt contendat cogere laborat. Tum sapientissimus Flavianus libere ei non sine maxima omnium laude respondet. Si qui me, o Imperator, vt fidem minime sinceram ac sanam profitentem insimulent, dicantve vitam me traducere indignam sacerdotio, cum illis ipsis judicibus vtar, tum pronuntiatam ab eis lubens subibo sententiam: sin autem de sede & præsulatu digladientur, neque agam cum illis judicio, neque iis, quos eam dignitatem adipiscendi studium tenet, adversabor: sed cedam equidem volens, meque ipse præsulatu abdicabo: quare tu cui libitum est, sedem Antiochenam tribuito. At vero Imperator hanc ejus animi magnitudinem & sapientiam magnopere admiratus, in patriam reverti, & Ecclesiam sibi commissam pascere jubet. Longo vero jam tempore intermisso, Imperator Romam denuo adventans, in idem crimen rursus ab Episcopis vocatus est, quod scilicet tyrannidem Flaviani non represserat; tum Imperator eos dicere jubet, quod sit tyrannidis genus: nam ipse, inquit, Flaviani partes suscipiam, & causam ejus agam in judicio.

Totum hunc locum imitatus est Nestorius.

De epistolis Theophili ad Flavianum

EPISTOLAS MITTERES, &c.] De iis, opinor, loquitur quas Theophilus, post demandatam sibi a Capuana synodo cognitionem causæ Evagrii Flavianique Antiochenorum Episcoporum contendentium, ad Flavianum scripsit, quibus ipsum ad judicium vocaret: sed Flavianus, appellatione ad Imperatorem interposita, subterfugit, vt testatur Ambrosius.

Apud Ambrosium epist. 78.

De Meletio ab Alexandrinis vexato.

NEC EUM QUI ANTE HUNC, &c.] Meletio contradixisse Ægyptios fere omnes, favisseque Paulino, etiam Athanasium, Petrumque aliquamdiu, exemplo Romanorum Pontificum, nec Timotheum reconciliatum vnquam, ne in obitu quidem, cum ambo essent Constantinopoli, produnt scriptores horum temporum.

A sanctis tamen laudato.

Meletium laudarunt oratione funebri Amphilochius, vt creditur, & Gregorius Nyssenus, cujus sunt hæc verba. *Auxit nobis numerum Apostolorum novus Apostolus*, &c. Laudavit quinque post annis Chrysostomus oratione panegyrica Antiochiæ, cujus cives tanto amore coluisse tradit virum sanctum, vt & suis infantibus Meletii nomen imponerent, & ejusdem imaginem non haberent tantum domi pictam, sed etiam in annulorum palis insculperent.

Præsertim a Chrysostomo.

Tom. 5. edit. Savilliana, hom. 77.

De Nectario Constantinopolitano Episcopo.

ET BEATO NECTARIO, &c.] Rexit ille Constantinopolitanam Ecclesiam, partim Timothei, partim Theophili temporibus: quid vero negotii fecerit Alexandrinis istis Episcopis, satis apertum est; quid ab eis passus, latet.

De Joanne Chrysostomo.

Lib. 14. cap. 28.

TACEO DE JOANNE, CUJUS CINERES, &c.] Cui vacat, adeat Nicephorum ex Nicetæ philosophi historia narrantem, quomodo Cyrillus, vbi primum capessivit Ecclesiam Alexandrinam, monitus sit literis ab Attico, de referendo Joannis nomine in sacra dyptica; graviterque Attico, qui necessitate adactus illud ipsum præstiterat, in contrarium responderit: quomodo item ab Isidoro Pelusiota ad idipsum literis vehementer impulsus, sed nec quicquam, animo nondum ex pristinis commotionibus sedato: quomodo denique nocturnis quibusdam visis territus coegerit synodum, in qua nomen Joannis honorifice in sacras tabulas retulerit.

1. p. c. Eph. cap. 25. num. 4.

NON DICIT, INQUIUNT, Θεοτόκον, &c.] Respicit ad ea verba epistolæ Joannis Antiocheni ipsum admonentis de sedandis Ecclesiæ motibus, publica confessione Θεοτόκου: *Age, rei, quam recte tenes, nomen, quod a multis Patribus vsurpatum, scriptum, ac pronuntiatum est, adjungere ne graveris; neque vocabulum, quod piam rectamque notionem animi exprimit, refutare pergas: etenim nomen hoc, Θεοτόκος, nullus vnquam ecclesiasticorum doctorum repudiavit. Qui enim illo vsi sunt, & multi reperiuntur, & apprime celebres; qui vero illud non vsurparunt, nunquam erroris alicujus eos insimularunt, qui illo vsi sunt. Sane dum supervacanea quædam ad vanas hæreticorum opiniones solum spectante curiositate incitati, nomen, cujus sententiam recte tenemus, pertinaciter respuimus; aliud nihil, vt videtur, facimus, quam quod fratrum nostrorum conscientias, & temere, & absque vllo vtilitate graviter offendi non grave ducimus. Etenim si id quod nominis significatione offertur, non recipimus, restat vt in gravissimum errorem prolabamur; imo vero vt inexplicabilem illam vnigeniti filii Dei œconomiam abnegemus, quandoquidem nomine hoc sublato, vel hujus potius nominis notione repudiata, sequitur mox illum non esse Deum, qui admirabilem illam dispensationem nostræ salutis causa suscepit; tum Dei Verbum, neque se exinanivisse, neque in servi formam sese demittens, ineffabilem quamdam benignitatis magnitudinem humano generi exhibuisse.*

Repetit, quod sermone 2. in Proclum dixerat.

Lib. 2. contrad. cap. 3.

UNUSQUISQUE EORUM, &c.] Locus affinis refertur a Cyrillo ex Nestorii tractatu secundo in Proclum. Sic autem se habet: *Si fide simplici Deiparam proferres, nulla esset apud me dictionis invidia, verbi sensum exquirentem; sed quia video te pretextu erga beatam Mariam honoris, hæreticorum confirmare blasphemiam, ideo dictionis prolationem caute præmunio, cum periculum in dictione latens suspectum habeam.*

Id vt clarius dicam, & ab omnibus percipi facilius possit, qui Arium sectati sunt, & Eunomium, & Apollinarium, & omnium hujusmodi familiæ hominum chori, studuerunt Dei genitricis appellationem invehere, vt facta mixtione, duabusque naturis minime distinctis, nihil ex his, quæ viliora sunt, de humanitate dictum acciperetur, ac locus illis jam adversus ipsam divinitatem pateret, tanquam omnia de vno dicerentur, non ratione dignitatis ex ipsa conjunctione consequentis, sed ipsius ratione naturæ: vnus est namque Christus, & vnus Dominus; sed in Christo, in vnigenito, inquam, filio, & Christi nomen, & filii, nunc de divinitate, nunc de humanitate, nunc de humanitate divinitateque dicitur.

Palinodiam solatur exemplo Pauli Apostoli.

IGITUR UT EORUM CONCIONES, &c.] Videri, credo, vult parere monitis Joannis Antiocheni, suadentis publicam Θεοτόκου confessionem, propositumque sibi ab amico communis magistri Theodori Mopsuesteni, dictum affine palam retractantis, exemplum sequi: verum ad elevandum retractationis ruborem, causatur exemplum longe illustrius, Pauli nimirum Apostoli, propter οἰκονομίαν ritus etiam Judaicos vsurpantis.

Multas voces adhibuit probabiles, sensu non probabili.

HOC ENIM CATHOLICORUM EST PROPRIUM, &c.] Multas voces adhibuit Nestorius, ad dissimulandam hæresim, quæ in catholicis tolerantur, quia catholico sensu dicuntur; non sunt toleratæ in Nestorio, quia hæretico sensu vsurpabantur; ejusmodi sunt Χριστόκος, ἀνθρωποτόκος, συνάφεια, ἕνωσις seu assumptio, ἕνωσις τοῦ προσώπου, vna persona, &c. de quibus abunde agitur in dissertatione de hæresi Nestoriana.

Templi frequenter meminit in explicanda Incarnatione quatuor de causis.

PROPTER UNITUM TEMPLO, &c.] Cur humanitatem Christi frequentius appeller Nestorius templum, quam alio quocumque nomine, non vna causa est. Hoc enim nomen hæresi suæ explicandæ accommodatius sentiebat; nam primo rejici non potuit, siquidem eodem vsus sit Christus, interprete Evangelista, cum diceret: *Solvite templum hoc, & in tribus diebus excitabo illud; ille autem dicebat de templo corporis sui.* Deinde, aptum erat ad significandum vnionis modum, quem volebant esse puram εἰσίδυσιν, Deus enim templum inhabitat. Tertio, videbatur idoneum ad explicandam φατκλῶν ἕνωσιν, qua fieret, vt vna veneratione Verbum & homo colerentur, vna quippe religione Deus & templum colitur. Quarto, exprimebat locus Joannis, vt ipsi quidem Nestoriani putabant, & distinctionem naturarum, & inoperationem alterius in altera, etsi nulla esset ἕνωσις καθ' ὑπόστασιν.

Joan. 2. v. 19.

Meminit & maligne vocis Χριστοτόκου.

QUAMQUAM ET Χριστοτόκον DICERE, &c.] Totis viribus nitebatur Virginem dicere Χριστοτόκον, vt voce alioquin catholica hæresim absconderet. Etsi enim bona fide eam a se proferri diceret apud Evagrium: *Ipse equidem, inquit, quo in neutram partem peccarem, vel Christum morti minime obnoxium esse asseverando, vel in alteram partem inclinando, cum immortalitate privarem, hanc vocem* Χριστοτόκον, *qua Maria appellaretur, excogitavi*; fidei tamen catholicæ defensores restiterunt vehementer, cum Christi nomine intelligerent a Nestorio significari purum hominem, atque adeo Χριστοτόκον non aliam habere significandi potestatem apud Nestorium, quam ἀνθρωποτόκον.

Lib. 1. c. 7.

Ut & personæ, sed hæretico sensu.

HOC PAULUS DOCET DE UNA EADEMQUE PERSONA DICENS, &c.] Ecce iterum vocem summe catholicam PERSONA hæretico sensu prolatam: verbo dicam, nullam catholicorum vocem refugit Nestorius, cum esset loquendum de vnione, præter hanc vnam, ἕνωσις καθ' ὑπόστασιν, quam qui declinat studiose, tamdiu vel morbo Nestorii reipsa laborat, vel suspicione saltem, eaque non temeraria, quod dictum sit propter Theodoretum, cujus fides ad hanc regulam examinabitur, in sua singulari dissertatione, & quosdam audaciores nostræ ætatis homines, quibus non placet, quod toti Ecclesiæ placet.

Observatio necessaria.

Cur probrose tres hæreticos appeller.

PAULUS QUIDEM, &c.] Locus ille a Mario Mercatore refertur in appendice ad contradictionem duodecimi anathematismi parte 12. Nestorius porro, quod curiosius observavi, vehementius tres in hæreticos, Marcellum, Paulum & Photinum, verbis etiam probrosis, invehitur, vt se ab eorum societate & sententia alienum probet. Unus vero, quod sciam, Mercator hanc trium societatem objecerat.

Photini sententia, seu potius delirium.

VIDES, INQUIENS, QUIA DEUS, &c.] Verba illa sumpsit, opinor, Nestorius ex Photini scripto aliquo, cujus ne memoria quidem videtur mihi superesse: Photinus vero ita sentiebat de Verbo, vt cum ad creaturas proferretur, atque ita extenderetur, Verbum diceretur, vnde & prolatitium, seu operatorium vocabat; cum autem in se consisteret, atque adeo colligeretur, Deus esset tantum. Quare Deus operans in creaturis, Verbum erat huic hæretico; in se manens, simpliciter Deus. Unde aiebat rationem Verbi esse temporalem, atque adeo Verbum, qua ratione Verbum est, initium accepisse ex Virgine: quamobrem negabat, Deum humanitati conjunctum fuisse, sed Verbum, qua Verbum est, id est, qua operatio quædam divina. Nihil porro implicatius somniis hujus hominis.

Iterum de auro dato a Cyrillo calumnia.

NON SUNT MIHI SAGITTÆ AUREÆ, &c.] Repetit calumniam, quam *num. 3.* fecerat, de corruptis Cyrilli auro Constantinopolitanis. Confer hunc locum cum opposito Cyrilli objicientis illud ipsum Nestorio: *Nefarius iste ac blasphemus videns se a comitibus defendi, horum fiducia elatus est; imo cum speraret se nobis terrorem injicere, nos erexit. Age, cum suspiriis & lacrymis pro more dicamus:* Bonum est sperare in Domino, quam sperare in principibus. *Hic enim, hic execrandus, exhausta aurea sua pharetra, consules & comites, magistratusque & reginarum chorum concitavit. Sed nos propheticum illud vsurpemus:* Hi in curribus, & hi in equis; nos autem in nomine Domini Dei nostri, &c.

Homilia, quæ inscribitur concionum virginis Deiparæ.

Ps. 117. v. 8.

Ps. 19. v. 8.

Vexat & torquet improbe dictum Apostoli Gal. 4.

MISIT DEUS FILIUM SUUM, &c.] Hunc Apostoli locum vexat in omnem partem, nititurque prava, sed probabili in imperitum vulgus interpretatione, ei, qui hocce testimonio vsus fuerat, invidiam facere, præ vesana animi impotentia: nam tacito nomine debacchatur in Joannem Antiochenum, alioquin ipsius amantissimum; solus enim eorum, a quibus literas acceperat, hunc Pauli locum argumentatus est, ad probandam Θεοτόκου. Sic enim scripsit: *Cum Dei erga nos clementiam divinæ scripturæ hinc præcipue confirment, quod vnicum illum sempiternumque Dei filium ante omnia sæcula natum impatibili modo ex sacra quoque Virgine ortum ostendunt. Huc namque divinus tendit Apostolus, dum ita ait:* Misit Deus Filium suum factum ex muliere. *Clare hic ostendit, ipsummet Dei vnigenitum admirabili ortu ex Virgine in lucem prodiisse, vt paulo ante dixi. Quod si virgo a sanctis Patribus propter hanc generationem Deipara nominatur, nescio quorsum attinuerit, vt quæstionem hanc nequaquam necessariam, bona venia tua dictum sit, & contra nos ipsos, & contra ecclesiasticam pacem quoque, vt vides, agitandam susceperimus.*

1 p. c. Eph. c. 25.

Gal. 4. v. 4.

Carpit verba summi Pontificis.

QUÆ EST CAPUT NOSTRÆ SALUTIS, &c.] Alludit ad hæc verba sancti Celestini: *Plangimus a te sublata de symbolo Apostolis tradito verba, quæ nobis totius nostræ salutis spem promittunt.* Et postea: *Cui honoris aliquid reservem, quando agitur, vt mihi totius meæ salutis causa tollatur?*

In ep. ad Nest. 1. p. c. Eph. c. 18.

Queritur fieri sibi vim, quam faciebat aliis.

QUOD ÆGYPTIIS QUIDEM, &c.] Quam faciebat ipse vim, hanc a Cyrillo metuendam calumniose vaticinatur: & revera odio in se agi, non autem vllo causæ merito, persuasit multis.

In sacra ad Cyrill. 1. p. c. Ephes. c. 31.

Hinc Theodosius imperator. *Ejusdem est animi, (turbulenti, & audacis) ejusdemque studii ecclesiastica & regia omnia velle confundere, ac a se invicem divellere; quasi vero alia omnis desit occasio, ex qua laudem & gloriam aucuperis.* Et sub finem, mandans vt ad synodum conveniat: *Hac ratione, quæ pro tuenda opinione acerbe quidem inconsulteque abs te jam gesta sunt, neque vlla privata animi agritudine deceptus, neque alicui vltra quam convenit, infestus, admisisse censeberis.*

In breviat. c. 5.

Hinc Theodoretus post mortem Cyrilli: *Contentio vltra jam non est; mortua est invidia, & consepulta illi est hæresis.*

Serm. coram Domno.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

In præfat. ſervorum. Hinc & Eutherius. *Quomodo potero, aut fervidum pietatis tuæ zelum oratione adæquare mea; aut officium veritati debitum cumulata menſura reddere; aut mendacii omnia nunc turbantis cohibere impetus, quando temeritatis & amentiæ plena ſunt, quæ dicuntur, omnia? Dicuntur autem ſumma cum impudentia & arrogantia, vt nunc quidem, quod auſi hactenus non ſunt, auſuri ſint: vſque adeo hæreticorum malitia non jam amplius clam leviterque ſimplicioribus inſidiatura; ſed vt quæ ſummam omnium poteſtatem habeat, nullum non facinus ſit patratura, ſumptoque ſibi in omnes imperio leges præſcriptura, ad placita ſua quoſvis pertractura, obedientiam ſubitam flagitatura, cognitura cauſas, pœnas a diligentioribus pietatis cultoribus exactura, & hunc quidem involutura injuriis, patria pulſatura alterum, huic accuſationum textura laqueos, illum de dignitatis ſuæ gradu deturbatura, alium dejectura audacia, alium vocum inanium ampullis in naſſam tractura. Taceo vincula, carceres, mulctas, infamiam, flagella, miſerabilia cædium ſpectacula.*

Et poſtea: *Indicta cauſa condemnant; quæ falſitatis nunquam convicerunt, rejiciunt; audaciam fortitudinem dicunt; crudelitatem vocant zelum; fraudem ſapientiæ loco habent. Quis hæc omnia tragœdus vel contenta voce expreſſerit?* Liberatus narrans, quid Cyrillus ageret, dum expectatur dies futuræ ſynodi: *Deflorationes quaſdam librorum Neſtorii faciebat, eum perturbare volens; erat enim, vt dicitur, ejus inimicus.* *In breviario.*

TYRANNIDIS TEMERITATEM TOLERO, &c.] Meminerat initio tyrannici Alexandrinorum Epiſcoporum ſpiritus; atque ita vocem hanc amat vſurpare ad invidiam Cyrilli, qui perinde ac præceſſores, imo magis, venerat in ſuſpicionem vſurpatæ ſæcularis in Ægypcum potentiæ, atque adeo tyrannidis, vt tradit Socrates. Iterum tyrannidis crimen objicit Cyrillo, qua ſpecie.

DEPONAMUS IGITUR, &c.] In hæc verba, aut certe in iſtum ſermonem intendebant forte veteres hiſtoriæ ſcriptores, cum dicerent poſt Socratem: *Rebus ſic tunc perturbatis & confuſis, Neſtorius, cum contentionis peſtem latius in vulgus manare intelligeret, pœnitentia adductus, Mariam Deiparam vocavit, ſic elocutus:* Dicatur Maria Deipara, & offenſiones animorum ſedentur. *Verum nemo illum pœnitentia adductum hæc dixiſſe exiſtimavit:* quanquam dictum iſtud a Neſtorio ſcribat Nicephorus poſt concilium Epheſinum, cum Eccleſiæ diro ſchiſmate ipſius cauſa ſcinderentur. Illuſtratus Socrates. *Lib. 7. c. 33.* *Lib. 14. c. 35.*

EJUSDEM SERMO XIII.

DIE ALTERA, id eſt, DOMINICA DICTUS.

Interprete Mercatore.

Quo tempore habitus ſermo.

ABUIT hunc ſermonem Neſtorius die decimo quarto Decembris ann. 430. cum feſſus eſſet heſterno labore, & acrius tamen compendio ſcientiam pietatis tradere vrgeretur, ſive hanc inſtantiam callide procuraverit ſibi a ſuis fieri, quod opinabilius; ſive ab aliis revera tumultu quodam pio cogeretur, aperire mentem in re dubia.

Duas porro in partes tribuit ſcientiam pietatis, quam dicit, confeſſionem & conſubſtantivæ Trinitatis, & aſſumptionis hominis perfecti a Deo Verbo. Sed in poſteriore ſola verſatur, de qua nempe quæſtio ferveret. Primam præterit, vt confeſſam apud auditores. Sermonem hunc Marius Mercator exagitat in appendice contradictionis ad duodecimum anathematiſmum, ſicut & præcedentem. Quas in partes diſtributus. Ubi a Mercatore agitatus.

I. Scientia pietatis communis omnibus, licet alii aliud reliquarum rerum vtilius ſibi putent.

ALIIS in terris ſita eſt aliarum vtilitas rerum, & quibuſdam quidem in militia degere, magna videtur vtilitas; quibuſdam vero in foro rerum venalium convenit mercatura; item aliis optabile eſt arti maritimæ ſtudium commodare; nonnullis alterius cujuſlibet terreſtris converſationis inire negotium: pietatis autem ſcientia in commune omnibus hominibus, regibus ſcilicet & ſacerdotibus, popularibus ac potentibus, vtilis ac neceſſaria eſt.

II. Cur compendioſe a Neſtorio ſcientia hæc tractatur.

Quæ eſt autem ſcientia pietatis? Si quis velit compendio diſcere: parco enim, & mihi qui feſſus ſum, & vobis qui conſtipatione laboratis. Si quis ergo, vt dicebam, velit compendio diſcere; ſcientia pietatis eſt, de conſubſtantivæ Trinitatis divinitate rectam inire rationem, & fateri divinam naturam corporatum hominem aſſumpſiſſe. De his, quæ frequenter dicta ſunt, tanquam dicta non ſint, vrgetis, & circa exactionem vehementer inſiſtitis: quoniam igitur neceſſe eſt violentiæ veſtræ ſuccumbere, quæ piam in nobis poſſidet tyrannidem, iterum apud vos eadem verba repetemus. Servate igitur compendio hanc ſcientiam pietatis.

III. Eſt autem illa poſita in ὀρθολογίᾳ Trinitatis & Incarnationis.

Quæ eſt autem iſta, niſi ὀρθολογία, & conſubſtantivæ divinæ Trinitatis, & aſſumentis hominem divinæ naturæ, & in virgineo vtero carnis ſuſceptæ, perfectique hominis aſſumpti a divinitate; dehinc perfectæ divinitatis, & perfectæ humanitatis in vnum Filium conjunctarum

excellentior contemplatio, duarum jus naturarum in vnam auctoritatem ratione divina conveniens.

IV. Christi nomen duas naturas significat.

Hinc vobis sæpe diximus, quomodo Christus, nominis vtriusque sit appellatio significativa, id est, humanitatis & divinæ naturæ. Hinc si quis dicat Christum tantummodo expresse, sciat in isto nomine vtramque significari & connuncupari naturam.

V. Probat testimonio Matthæi Evangelistæ.

Hinc beatus Matthæus Evangeliorum conscriptor, cum ad generationis venisset arcanum, a neutra natura generationis fecit narrationem, sed magis a Christi vocabulo; oportet autem expresse dicere, vt omnibus ad perspiciendum fiat facilior intellectus: *Liber*, inquit, *generationis* JESU CHRISTI. Non dixit: *Liber generationis Dei Verbi*; neque *liber generationis hominis*. Si enim dixisset, *liber generationis hominis*, Christum nobis solum hominem demonstraret. Item si diceret, *Liber generationis Dei Verbi*, solam nobis sine humanitate introduceret deitatem. In Christi ergo appellatione complectitur vtramque naturam, vt neutra sine altera possit intelligi.

Matth. 1. v. 1.

VI. Hinc conficit beatam Virginem dici debere Θεοτόκον & ἀνθρωποτόκον.

Hinc & sanctæ Virgini, eo quod eam Christi genitricem dicimus, nomen geminæ appellationis convenienter aptamus, id est, Θεοτόκος, quod est genitrix Dei, & ἀνθρωποτόκος, id est, hominis genitrix.

VII. Aperte Θεοτόκον dicit, cum minus manifeste antea dixisset.

Quoniam autem oportet, propter eos qui lucidiorem requirunt intellectum, maxime cum sint Ecclesiæ filii, vti manifestiore locutione, propterea & modo eadem definitione, qua prius, breviter de illa beata Maria semper virgine, prædicabam; etiam nunc evidentiore sermone summa voce proclamo, quoniam sancta Virgo, & Dei est, & hominis genitrix, id est Θεοτόκος & ἀνθρωποτόκος: genitrix quidem Dei, propterea quod templum, quod in ea creatum est a Spiritu sancto, vnitum est divinitati; hominis vero genitrix, propter susceptas a divinitatis natura nostræ naturæ primitias.

VIII. Pristinum sensum vocis explicatione tegit.

Hæc sunt in compendio dogmata pietatis. Hæc per omnia retinentes memoriter servate, vbique hæreticorum pravam gloriam declinantes. Non quomodo apud illos Θεοτόκος detrita locutio est, ita putandum est etiam Ecclesiam dicere Θεοτόκος, quia neque cum illi filium dicunt, & Ecclesia filium confitetur, filii apud vtrosque par & similis intellectus est; sed apud illos quidem filii nudum vocabulum est, non habens Patri consubstantivum aliquid; apud nos vero filii apellatio cum causa vel re vel opere est. Sic apud illos iterum omnium Dominus Christus Deus nominatur, nominatur apud nos quoque; sed apud illos creatus, apud nos vero cum eo, qui genuit, increatus.

IX. Tacite calumniatur catholicis quasi cum hæreticis sentirent.

Non igitur ex vna eademque appellatione in vnum deducamur cum hæreticis intellectum; sed confiteamur simul humanitatem & divinitatem in vna generatione filii esse conjunctam; neque deitate in carnem decidente, immutabilis est enim divinitas, & hoc Deus Judæis manifestans dicebat: *Ego sum, ego sum, & non sum mutatus*; neque per incarnationem carne commutata: non enim pudet Deum naturæ, quam suscepit, non pudet possidere sibimet conregnantem; nam si puderet, non eam susciperet. Susceptam autem, propter humani generis dilectionem, habet naturam nostram divinitatis inspoliabile vestimentum. Horum memoriam per omnia possidete in Christo, cui est gloria in sæcula sæculorum.

Mal. 3. v. 6.

EXCERPTA

EX VARIIS NESTORII TRACTATIBUS.

Tres excerptorum collectiones.

2. p. conc. Eph. act. 1.

PLURES sunt collectiones excerptorum ex tractatibus Nestorii. Prima & celebrior, etsi non plenior, ea est, quam Patribus in concilio Ephesino Petrus notariorum primicerius obtulit. Altera reperitur apud Cyrillum in opere, quod aliquando ἔλεγχος dicitur, aliquando contradictio adversus Nestorium. Tertiam Ephesi a Cyrillo factam Marius Mercator Latinitate donavit, quam nunc primum edimus. Prima, quam Ephesinam vocare possumus, complectitur viginti capita; secunda, quæ Cyrilliana, quadraginta tria; tertia, quam deflorationem Liberatus nominat, viginti duo: quanquam eadem capita diversis in collectionibus reperiuntur. Omnes porro collectiones Cyrillum habere auctorem, duas extremas Mercatorem interpretem, mox planum fiet.

Tom. 6. oper. Cyrilli editio Græco-Lat.

Plura singulæ capita contineat.

Cuncta capita excerpta ex codice, cujus meminit Mercator.

Excerpta fuerunt cuncta, vt innuit Mercator, ex codice confecto ex multis quaternionibus, arte quadam dispositis, quibus tamen singulis singuli tractatus non videntur contenti, vt aperte demonstratur in notis.

Atque etiam Cyrillus.

Codex ille, cujus mentionem facit Marius, diversus certe non erat a libro, cujus meminit Cyrillus, cum ait: *In librum quemdam a quodam compositum incidi, in quo multi erant congesti sermones per elementa & velut ordine dispositi, nullaque ratio ei deerat, quominus retineri posset. At si a scriptore ejusmodi aliquid dictum esset, quod oblivioni traditum evanesceret, forsan vtique statuissem, & mihi silendum esse, & cæteris consulendum, vt idem facerent, ne multis aliis posterisque nostris nota essent tam absurde tamque imprudenter dicta. Sed quia blasphemiarum turba in eo libro congesta est, & multum adversus dogmata veritatis declamatum & oblatratum, quomodo non necessarium fuit propemodum, vt accingeremur, & pro salute lectorum certaremus, ne vllum ex ea re damnum paterentur?* Eadem enim fragmenta, & in libro, & in codice leguntur.

Lib. 1. contrad. in præf.

Imo & Gennadius.

Imo non nemini videri potest, ne diversus quidem esse codex a libro *de Incarnatione*, quem Gennadius tradit a Nestorio scriptum pro sua hæresi sexaginta duobus sacræ scripturæ testimoniis refertum. *Postquam Ecclesiæ Constantinopolitanæ pontificatu donatus est, apertum se hostem Ecclesiæ, quem celaverat, ostendens, librum scripsit, quasi de incarnatione Domini, * sexaginta & duobus divinæ scripturæ testimoniis pravo sensu suo constructum, in quo quidquid asseveraverit, in catalogo hæreticorum demonstratur.*

Lib. de script. eccles. cap. 51.

* forte quinquaginta. Vide de differt. 3. de libris, &c.

Quid in singulis collectionibus præstitum.

Tres illas collectiones contulimus non sine aliquo labore, indicavimusque in quo sibi consonarent, & in quo dissentirent: nec enim id scire minimi est ad negotium hæresis Nestorianæ momenti, ideoque omnes simul edendas putavimus, partim quia priores duæ sunt apud Marium Mercatorem, cujus opera edimus; partim quia tertia suppeditat ipsamet Græca Nestorii verba fragmentorum multorum, quæ apud Mercatorem habentur Latine tantum.

Quarta recens tribus antiquis addita.

Quartam addidimus ex variis cum Cyrilli, tum aliorum scriptorum libris, vt vno prospectu quisque valeat hæretici sensa intueri, indeque judicare quam immerito aliqui olim, atque etiamnum quidam ausi sint dicere, verbo potius quam reipsa lapsum esse Nestorium, ideoque propter pervicaciam magis quam hæresim, damnationis sententiam tulisse.

COLLECTIO PRIMA EXCERPTORUM

EX LIBRO NESTORII,

oblata Patribus Ephesinæ synodi a Petro primicerio notariorum.

Intreprete, vt credi potest, Mario Mercatore.

Quo tempore facta.

PRÆMITTITUR hæc collectio aliis duobus propter temporis ordinem, quo reliquas præcedit: cum enim ipsius mentio fiat in literis, quas Cyrillus dedit in causa Nestorii ad sanctum Cælestinum, vbi sic habetur. *Quo sanctitas tua, tam quæ ille dicit & sapit, quam quæ beati & magni Patres nostri tradiderunt, clare perspiciat, misi tomos capitum sententias continentes*; cumque datæ sint literæ ann. 430. sub initium veris: necesse est collectionem factam esse sub initium ann. 430. & quidem, vt opinor, in synodo Alexandrinæ Ecclesiæ ante Quadragesimam coacta, vnde missa est secunda ad Nestorium monitoria epistola; quamquam aliquid scrupuli remanere potest, sed in præfatione tertiæ tolletur.

2. part. conc. Eph. cap. 14.

A quo Latine reddita.

Interpres credi potest Marius Mercator, primum, quia reperiuntur hæc excerpta in eodem cum aliis operibus codice; deinde, quia non diversa est ac eorum Latinitas, quæ se Marius verbum ad verbum vertisse de Græco in Latinum sermonem testatur in præfatione ad sermones Nestorii. Adde quod antiquissima est versio. Duo tamen huic opinioni pugnant. Alterum quod in operibus, indubitatum habentibus interpretem Mercatorem, alia sit, quam in

isto, earumdem Nestorii sententiarum versio. Alterum, quod Cyrillus Alexandriæ easdem sententias Latinitate donatas Celestino scribat, *quas quoque, quantum quidem per alios fieri potuit, qui Alexandriæ sunt, Latine reddi curavi.* Verum accidit non raro, vt aliis temporibus idem auctor easdem sermonis alicujus ἀπεικονίσεις aliis verbis exprimat: deinde certum est, aut saltem longe probabilissimum, versionem, quæ extat, ex actis Græcis Concilii Ephesini elaboratam fuisse atque adeo ab Alexandrina differre.

Epist. Cyrilli ad sanctum Celestinum.

Visus est Græcus textus opponendus Latinæ versioni, vt ipsa tanto fidelior appareret, quanto sincerior atque simplicior. Visum quoque, ad marginem annotandum, quo ex opere Nestorii ἀπεικονίσεις sint acceptæ, quibus aliis in locis adhibitæ.

Ex actione I. conc. Eph. pag. 50. edit. Labeana.

PETRUS presbyter Alexandriæ, & notariorum primicerius, dixit: Habemus præ manibus reverendissimi Nestorii blasphemiarum commentarios, e quorum vno capita selegimus, quæ si sanctæ huic synodo placet, prælegemus.

ΠΕΤΡΟΣ πρεσβύτερος Αλεξανδρείας, καὶ πεμμικήριος νοταρίων εἶπεν· Εχομεν ὁ μετ' χεῖρας τὰ βιβλία τῶν βλασφημιῶν τοῦ διαβοεστάτου Νεστορίου, ἀφ' ὧν ἑνὸς βιβλίου ἐξελεξάμεθα κεφάλαια· ἂν δοκῇ, εἰ παρείσταται τῇ ἁγίᾳ ταύτῃ συνόδῳ, ἀναγνωσόμεθα.

Flavianus Philippensium Episcopus dixit: Legantur, & in acta referantur. Similiter cæteri Episcopi dixerunt: Omnes eadem dicimus.

Φλαυιανὸς ὁπίσκοπος Φιλίππων εἶπεν: Αναγινωσκέσθωσαν, καὶ ἐμφερέσθωσαν τῇ πίστει τῶν χριστιανῶν πεπιστευκότων. ὁμοίως καὶ πάντες οἱ ὁπίσκοποι εἶπον· Πάντες τὰ αὐτὰ λέγομεν.

Ex libro ipsius Nestorii, ex quaternione XVI. *in dogmate.*

Quoties igitur sancta scriptura dictura est, vel generationem Christi ex beata Virgine, vel mortem, nusquam Deum dicit, sed aut CHRISTUM, aut JESUM, aut Dominum: quoniam hæc tria naturas indicant duas, modo hanc, modo illam, modo vtramque; est autem tale quod dico. Quoties nobis generationem ex Virgine Scriptura commemorat, quid dicit: *Misit Deus filium suum*? Non dicit: Misit Deus Verbum; sed vtitur eo nomine quod naturas indicat duas. Quia enim filius homo est & Deus, dicit: *Misit Deus filium suum factum ex muliere;* vt si audieris *factum ex muliere*, pudeat etiam nomen positum quod naturas indicat duas, vt generatione quidem ex beata Virgine filium voces: filium enim peperit Dei etiam Virgo Χριστοτόκος. Quoniam vere filius Dei duplex est in naturis, non peperit quidem filium Dei, sed peperit hominem, qui est filius propter conjunctum filium.

Gal. 4. v. 4.

Εκ τοῦ βιβλίου τοῦ Νεστορίου, τεφάδιον ιζ'. Εἰς δόγμα· Καὶ ἀναγνώσθη οὕτως.

Οτὰν οὖν ἡ θεία γραφὴ μέλλῃ λέγειν ἢ γέννησιν τοῦ Χριστοῦ τοῦ ἐκ Μαρίας τῆς παρθένου, ἢ θάνατον, οὐδαμοῦ φαίνεται κιθεῖσα ὁ Θεός, ἀλλ' ἢ Χριστὸς, ἢ υἱὸς, ἢ κύριος. ὅπερ ἐστὶ τὰ τρία τῶν φύσεων εἶναι τῶν δύο σημαντικά, ποτὲ μὲν ταύτης, ποτὲ δὲ ἐκείνης, ποτὲ δὲ ταύτης καὶ ἐκείνης. οἷον τι λέγω. ὅτὰν τοῦ ἐκ παρθένου γέννησιν ἡμῖν ἡ γραφὴ ἐξηγῆται, λέγει· Εξαπέστειλεν ὁ Θεὸς τὸν υἱὸν αὐτοῦ. οὐκ εἶπεν· Εξαπέστειλεν ὁ Θεὸς τὸν Θεοῦ λόγον. ἀλλὰ λαμβάνει ὄνομα ὃ μιμούμενον τὰς δύο φύσεις. ὅπερ γὰρ ὁ υἱὸς ἄνθρωπός ἐστι καὶ Θεὸς, λέγει· Εξαπέστειλεν ὁ Θεὸς τὸν υἱὸν αὐτοῦ, γεννώμενον ἐκ γυναικός· ἵνα ὅτὰν ἀκούσῃς ὄ, γεννώμενον ἐκ γυναικὸς, εἴπῃς ἴδης ὄνομα τὸ προσκείμενον, ὃ μιμούμενον τὰς φύσεις τὰς δύο, τοῦ γέννησιν τὸν ἐκ τῆς ἁγίας παρθένου, υἱοῦ μὲν καλῇς· υἱὸν γὰρ ἐγέννησε Θεοῦ καὶ ἡ Χριστοτόκος παρθένος. ἀλλ' ἐπειδήπερ ὁ υἱὸς τοῦ Θεοῦ διπλοῦς ἐστι κατὰ τὰς φύσεις, οὐκ ἐγέννησε μὲν τὸν υἱὸν τοῦ Θεοῦ, ἀλλ' ἐγέννησε τοῦ ἀνθρωπότητα, ἢ τίς ἐστιν υἱὸς διὰ τὸν συνημμένον υἱόν.

Ex quaternione ejusdem XXI.

Vide quid accidat, hæretice. Non invideo

Ομοίως τοῦ αὐτοῦ, τεφάδιον κα'.

Βλέπε ὃ συμβαίνει, αἱρετικέ. οὐ φθονῶ

καὶ τῇ φωνῇ τῇ Χριστοτόκῳ παρθένῳ· ἀλλ' οἶδα σεβασμίαν τὴν δεξαμένην Θεόν, δι' ἧς παρῆλθεν ὁ τῶν ὅλων δεσπότης, δι' ἧς ἀνέλαμψε τῆς δικαιοσύνης ὁ ἥλιος. πάλιν ὑποπτεύω τι κρύπτον· πῶς δὲ παρῆλθεν ἀνοήσατε; οὐκ εἴρηταί μοι δὲ παρῆλθεν αὐτὴ τὸ ἐγκυμονῆσαι, οὐ γὰρ οὕτω ταχέως ἐπιλανθάνομαι τὰ ἴδιά· δὲ παρεληλυθέναι τὸν Θεὸν λόγον οὐκ τὴν Χριστοτόκου παρθένου, παρὰ τὴν θείας ἐδιδάχθην γραφῆς· τὸ δὲ γεγεννηκέναι Θεὸν ἐξ αὐτῆς, οὐδαμοῦ ἐδιδάχθην.

deo nomen Virgini Χριστοτόκῳ : fateor enim reverendam esse eam, quæ conceperit Deum, per quam transierit Dominus omnium, per quam justitiæ sol illuxerit; sed porro suspicor * plausum. Quomodo, hoc quod dixi, transierit? non dixi, transierit, pro eo quod est natus: neque enim tam cito meorum egomet obliviscor. Transiisse Deum per Virginem Χριστοτόκον, a Scriptura perdoctus sum; natum, non edoctus sum.

* suspectum habeo

Καὶ μετ' ἄλλα.

Οὐδαμοῦ νοῦν ἡ θεία γραφὴ Θεὸν ἐκ τῆς Χριστοτόκου παρθένου λέγει γεγεννῆσθαι, ἀλλὰ Ἰησοῦν Χριστὸν, τὸν υἱὸν, καὶ κύριον. Ταῦτα πάντες ὁμολογοῦμεν· ἃ γὰρ ἐδίδαξεν ἡ θεία γραφὴ, ἄφλοιος οὖσα ὁμῶς δεχόμεθα· Ἐγερθεὶς παράλαβε τὸ παιδίον, καὶ τὴν μητέρα αὐτοῦ. αὕτη τοῦ ἀγγέλου ἡ φωνή. Ταχὺ δὲ μᾶλλον σύ. Τὰ κατὰ τὴν γένεσιν οἱ ἀγγελικοὶ· Ἐγερθεὶς παράλαβε τὸ παιδίον, καὶ τὴν μητέρα αὐτοῦ. οὐκ εἶπεν· Ἐγερθεὶς παράλαβε τὸν Θεὸν, καὶ τὴν μητέρα αὐτοῦ.

Et post alia.

Item post alia. Nusquam divina scriptura Deum ex Virgine Χριστοτόκῳ asserit natum; sed JESUM CHRISTUM, Filium, Dominum. Hæc omnes confiteamur. quæ enim docuit divina scriptura, qui non statim accipit, miser est: *Surge, accipe puerum, & matrem ejus.* Hæc angelorum vox est, imo tua, fortasse generationem ipsius noverat Archangelus. *Surge & accipe puerum, & matrem ejus;* non dixit: *Surge, & accipe Deum, & matrem ejus.* III.

Matth. 2. v. 13.

Ὁμοίως τοῦ αὐτοῦ, πρᾶξιν κεφ'.

Ὅταν οὖν ἐρῶμεν· Μὴ φοβηθῇς παραλαβεῖν Μαριὰμ τὴν γυναῖκά σου. Ὃ γὰρ ἐν αὐτῇ γεγεννηται, εἴτε ἀφ' τοῦ ἑνὸς ἦν, εἴτε ἀφ' τῶν δύο, ὃν νοήσομεν οὐδὲν λυμαίνεται· Ὃ γὰρ ἐν αὐτῇ πεφυτευμένον οὐκ πνεύματός ἐστιν ἁγίου· ἐὰν εἴπωμεν, ὅτι ὁ Θεὸς λόγος ἐγεννήθη ἐν τῇ σαρκί. ἄλλο γὰρ ὂν συνεῖναι ὃν γεννωμένῳ, καὶ ἄλλο τὸν γεννᾶν· Ὃ γὰρ ἐν αὐτῇ, φησὶ, γεγεννηται, οὐκ πνεύματός ἐστιν ἁγίου, φυτεύει, τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ἔκτισε τὸν ἐν αὐτῇ. Εἶδον οὖν οἱ πατέρες, ὡς ἐπιστήμονες τῶν θείων γραφῶν, ὅτι ἐὰν ὅτι τὸν σεσαρκωμένον θῶμεν τὸν γεγεννημένον, ἀναιρήσεται ἡ υἱὸς πνεύματος ὁ Θεὸς λόγος, ἢ δύο πατέρας ἔχων, ἢ δι' ἑνὸς ἐν εὑρεθήσεται ὁ Θεὸς λόγος κτίσμα τοῦ πνεύματος ὤν. φεύγοντες γοῦν τὸν γεννήσεως λέξιν, ἔδηξαν τὸν κατελθόντα δι' ἡμᾶς τοὺς ἀδελφοὺς, καὶ ἀφ' τὴν ἡμετέραν σωτηρίαν, σεσαρκωμένον. Τί ἐστι σεσαρκωμένον; οὐ φανέντα ἀπὸ θεότητος εἰς σάρκα· Ὃν σεσαρκωμένον οὐκ πνεύματος ἁγίου, ἠκολούθησαν ὃν εὐαγγελιστῇ. καὶ γὰρ ὁ εὐαγγελιστὴς ἰδὼν εἰς τὴν εὐαγγελίσιν, ἔφυγε γεννήσιν εἰπεῖν ὅτι τὸν λόγον, καὶ πεσὼν σεσαρκωσιν πῶς; ἄκουσον· Καὶ ὁ λόγος σὰρξ ἐγένετο. οὐκ εἶπεν· Ὁ λόγος ἀφ' σεσαρκὼς ἐγεννήθη. ὅπου μὲν γὰρ μνημονεύουσιν οἱ ἀπόστολοι, ἢ οἱ εὐαγγελισταὶ τοῦ υἱοῦ,

Ejusdem ex quaternione XIX.

Quid igitur dicebamus: *Ne timeas accipere Mariam conjugem tuam; quod enim natum est.* (sive natum, sive factum dixerimus, sensui nihil nocet) *Quod enim in ea natum est, ex Spiritu sancto est.* Si dixerimus, quod Deus Verbum natum est in carne, est enim aliud simul esse cum nascente, aliud nasci: *Quod enim*, inquit, *in ea natum est, ex Spiritu sancto est;* hoc est, spiritus sanctus creavit id, quod est in ea. Viderunt igitur Patres, vtpote scientes sanctarum Scripturarum, quod si eum, qui incarnatus est, natum dixerimus, invenietur Deus Verbum aut Filius Spiritus sancti, aut duos partes habens: si vero factum dixerimus, invenietur Deus Verbum creatura Spiritus sancti. Fugientes igitur generationis dictionem, dixerunt ita: *Qui descendit propter nostram salutem, & incarnatus est.* Quid est, incarnatus? Non conversus a deitate in carnem. Quod dixerunt, *incarnatus de Spiritu sancto*, secuti sunt Evangelistam: nam cum Evangelista venisset ad εὐαγγελίσιν, fugit generationem de Verbo dicere, dixit incarnationem. Audi: *Et Verbum caro factum est;* non dixit: Verbum per carnem factum est. Ubi enim aut Apostoli aut Evangelistæ filii faciunt men- IV.

Matth. 1. v. 20.

tionem, dicunt *natum ex muliere*. Adverte, quæso, vbi dicunt, nomen filii, & quod natum est ex muliere, natum ponunt; vbi vero Verbi faciunt mentionem, nemo audet dicere, generationem per humanitatem. Audi beatum Joannem evangelistam, cum venisset ad Verbum & ἐνανθρώπησιν ejus. Audi quid dicat: *Verbum caro factum est*; hoc est, assumpsit carnem; *& habitavit in nobis*, hoc est, nostram induit naturam, *& habitavit in nobis, & vidimus gloriam ipsius filii*; non dixit: Vidimus generationem Verbi.

Ioan. 1. v. 14.

πίστασιν, ὅτι ἐγεννήθη ἐκ γυναικός. προσέχε τοῦ λεγομένου, τοῦ διδασκάλου· ὅπου μὲν λέγουσι τὸ ὄνομα τοῦ υἱοῦ, καὶ ὅτι ἐγεννήθη ἐκ γυναικός, ὑιθεάσι τὸ ἐγεννήθη· ὅπου δὲ μνημονεύουσι τοῦ λόγου, οὐδεὶς αὐτῷ ἐτόλμησεν εἰπεῖν γέννησιν ἀφὶ τῆς ἀνθρωπότητος. ἄκουε· ὁ μακάριος Ιωάνης ὁ εὐαγγελιστὴς βλέπων εἰς τὸν λόγον, καὶ τὴν ἐνανθρώπησιν αὐτοῦ, ἄκουσον οἷά φησιν· Ο λόγος σὰρξ ἐγένετο, τουτέστιν, ἀνέλαβε σάρκα, καὶ ἐσκήνωσεν ἐν ἡμῖν, τουτέστιν, ἡμετέραν ἐνεδύσατο φύσιν, καὶ ἐσκήνωσεν ἐν ἡμῖν. καὶ ἐθεασάμεθα τὴν δόξαν αὐτοῦ τοῦ υἱοῦ. οὐκ εἶπεν· Εθεασάμεθα τὴν γέννησιν τοῦ λόγου.

Ejusdem ex quaternione XV.

V. Ita etiam Christum secundum carnem, propter conjunctionem, quam habet cum Deo Verbo, Deum nominamus, scientes esse hominem qui apparet. Audi vtrumque Paulum prædicantem: *Ex Iudæis*, inquit, *Christum secundum carnem, qui est supra omnes deos*. Prius hominem confitetur, deinde conjunctione ad Deum dicit Deum eum, qui apparet, ne quis christianitatem hominis putet esse cultricem.

Ομοίως τοῦ αὐτοῦ, τετράδιον ιε'. Εἰς δόγμα.

Οὕτω καὶ τὴν κατὰ σάρκα Χριστὸν ἐκ τῆς πρὸς Θεὸν λόγον συναφείας Θεὸν ὀνομάζομεν, φαινόμενον εἰδότες ὡς ἄνθρωπον. ἄκουσον τοῦ Παύλου ἀμφότερα κηρύττοντος· Εξ Ιουδαίων, φησὶν, ὁ Χριστὸς τὸ κατὰ σάρκα, ὁ ὢν ὑπὲρ πάντων Θεός· ὁμολογεῖ τὴν ἀνθρωπολατρείαν τὸν χριστιανισμὸν ὑποπτεύσῃ.

Ejusdem ex quaternione XXVII.

VI. Sed quemadmodum dicebamus Deum omnium opificem, & Deum Mosem: *Deum enim*, inquit, *posui te Pharaonis* & filium Dei; *filius enim*, inquit, *primogenitus mihi Israel*; & quemadmodum dicimus Christum Saul. *Non*, inquit, *imponam meam manum super ipsum, quod Christus Domini est*; similiter & Cyrum: *Hæc dicit*, inquit, *Dominus Christo meo Cyro*; & Babylonium sanctum: *Ego enim*, inquit, *præcipio ipsis sanctificatis, & ego duco ipsos*. Ita dicimus & Dominum Christum, & Deum, & filium, & sanctum; sed communio quidem omnium similis est, dignitas vero non eadem est.

Αλλ' ὥσπερ ἐλέγομεν Θεὸν τῶν πάντων δημιουργὸν, καὶ Θεὸν, τὸν Μωϋσέα· Θεὸν γὰρ, φησὶ, τέθεικά σε τοῦ Φαραώ, καὶ υἱὸν τοῦ Ισραήλ τοῦ Θεοῦ· υἱὸς, γὰρ, φησὶ, πρωτότοκός μου ὁ Ισραήλ. καὶ ὥσπερ ἐλέγομεν Χριστὸν τὸν Σαούλ· Οὐ μὴ γὰρ, φησὶν, ἐπιθήσω τὴν χεῖρά μου ἐπ' αὐτὸν, ὅτι Χριστὸς κυρίου ἐστί. καὶ τὸν Κύρον ὡσαύτως· Τάδε λέγει, φησὶ, κύριος τοῦ Χριστοῦ μου Κύρῳ. καὶ τὸν Βαβυλώνιον ἅγιον· Εγὼ γὰρ, φησὶ, συντάξω αὐτοῖς. ἡγιασμένοι εἰσὶ, κἀγὼ ἄγω αὐτοὺς. οὕτω λέγομεν καὶ τὸν δεσπότην Χριστὸν καὶ Θεὸν, καὶ υἱὸν, καὶ ἅγιον, καὶ Χριστόν. ἀλλ' ἡ μὲν κοινωνία τῶν ὀνομάτων ὁμοία, οὐχ ἡ αὐτὴ δὲ ἀξία.

Ejusdem ex quaternione XV.

VII. *Hoc autem sentite in vobis, quod & in Christo* Jesu, *qui cum in forma Dei esset, exinanivit se, formam servi accipiens*. Non dicit: *Hoc sentite in vobis, quod & in Deo Verbo, quod cum in forma Dei esset, formam servi accepit*. Sed cum dicat Christum quasi duarum naturarum appellationem, sine periculo cum,

Philipp. 2. v. 5.

Ομοίως τοῦ αὐτοῦ, τετράδιον ιε'.

Τοῦτο φρονείσθω ἐν ὑμῖν, ὃ καὶ ἐν Χριστῷ Ιησοῦ· ὃς ἐν μορφῇ Θεοῦ ὑπάρχων ἑαυτὸν ἐκένωσε, μορφὴν δούλου λαβών. οὐκ εἶπε· Τοῦτο φρονείσθω ἐν ὑμῖν, ὃ καὶ ἐν τῷ Θεῷ λόγῳ, ὃς ἐν μορφῇ Θεοῦ ὑπάρχων, μορφὴν δούλου ἔλαβεν· ἀλλ' ἀναλαβὼν ὁ Χριστὸς, ὡς τῶν δύο φύσεων προσηγορίαν σημαντικὴν ἀκινδύνως,

αὐτὸν καὶ δούλου μορφὴν ἀνδεξάμενον, καὶ Θεὸν ὀνομάζομεν, τὴν λεγομένων εἰς τὴν φύσεων ἀλήθειαν μεριζομένων διπλοῦν.

& formam servi quam accepit; & Deum nominavit, cum ea fine peccato dicantur de naturarum duplici & separabili ratione.

Ομοίως τοῦ αὐτοῦ, τεταράδιον ις'.

Ἵνα γὰρ τῷ ὀνόματι Ἰησοῦ, φησὶ, πᾶν γόνυ κάμψῃ, ἐπουρανίων, καὶ ἐπιγείων, καὶ καταχθονίων· καὶ πᾶσα γλῶσσα ὁμολογήσῃ, ὅτι κύριος Ἰησοῦς Χριστός. Διὰ τὸν φερόμενον τὸν φερόμενον σέβω· διὰ τὸν κεκρυμμένον προσκυνῶ τὸν φαινόμενον. ἀχώριστος τοῦ φαινομένου Θεός· διὰ τοῦτο τὴν μὴ χωριζομένην τιμῶ οὐ χωρίζω. χωρίζω τὰς φύσεις, ἀλλ' ἑνῶ τὴν προσκύνησιν.

Ejusdem ex quaternione XVI.

Ut in nomine, inquit, JESU *omne genu flectatur, cælestium, terrenorum & infernorum, & omnis lingua confiteatur, quia Dominus* JESUS CHRISTUS *in gloria est Dei Patris.* Propter eum qui portavit eum, eum qui portatus est, colo; propter invisibilem, veneror eum qui apparet: nunquam ab eo qui apparet, Deus separatur, ideo nec honorem separo; separo naturas, sed vnam facio venerationem. VIII. *Ibidem.*

Ομοίως τοῦ αὐτοῦ, τεταράδιον ιζ'.

Ἦν μὲν γὰρ ὁ Θεὸς λόγος καὶ πρὸ τῆς ἐνανθρωπήσεως υἱὸς, καὶ Θεὸς, καὶ συνὼν τῷ πατρὶ· εἴληφε δὲ ἐν ὑστέροις τὴν τοῦ δούλου μορφήν. ἀλλ' οὐδὲ πρὸ τούτου υἱὸς καὶ καλούμενος, μετὰ τὴν ἀνάληψιν οὐ δύναται καθαρῶς κεχωρισμένος υἱὸς, ἵνα μὴ δύο υἱοὺς δογματίσωμεν. ἀλλ' ἐπειδὴ τῷ ἐκείνῳ συνῆπται τῷ ἐν ἀρχῇ ὄντι υἱῷ τῷ πρὸς αὐτὸν συναφθέντι, οὐ δύναται κατὰ τὸ ἀξίωμα τῆς υἱότητος, οὐ κατὰ τὰς φύσεις· διὰ τοῦτο καὶ διαίρεσιν δέξασθαι. κατὰ τὸ ἀξίωμά φημι τῆς υἱότητος, οὐ κατὰ τὰς φύσεις. διὰ τοῦτο καὶ Χριστὸς ὁ Θεὸς λόγος ὀνομάζεται, ἐπειδὴ τὴν ἔχει συνάφειαν τὴν πρὸς τὸν Χριστὸν διηνεκῆ.

Ejusdem ex quaternione XVII. *de dogmate.*

Erat quidem Deus Verbum & ante incarnationem filius, & Deus cum Patre; sumpsit vero novissimis temporibus servi formam; sed cum sit & antea filius, & ita vocetur post assumptionem, non potest vocari divisus filius, ne duos filios constituamus; sed quia illi conjunctus est, qui erat a principio filius, quique ipsi conjunctus est, non potest secundum dignitatem filietatis esse separabilis, non item secundum naturas. Propterea Deus Verbum nominatur Christus, quia habet conjunctionem cum Christo perpetuam. IX.

Ομοίως τοῦ αὐτοῦ, τεταράδιον ιε'. Εἰς δόγμα.

Ἀσύγχυτον τηρῶμεν τὴν τῶν φύσεων τηρήσεν συνάφειαν· ὁμολογῶμεν τὸν ἐν ἀνθρώπῳ Θεόν· σέβωμεν τὴν θείαν συνάφειαν τῷ παντοκράτορι Θεῷ συμπροσκυνούμενον ἄνθρωπον.

Ejusdem ex quaternione XV.

Inconfusam igitur servemus naturarum conjunctionem; confiteamur in homine Deum; colamus divina quadam conjunctione cum Deo omnipotenti coadorandum hominem. X.

Ομοίως τοῦ αὐτοῦ, τεταράδιον ς'.

Σκόπει, καὶ τὸ τούτοις ἑπόμενον· Ἵν' ἐλεήμων, φησὶ, γένῃ, καὶ πιστὸς ἀρχιερεὺς τὰ πρὸς τὸν Θεόν· ἐν ᾧ γὰρ πέπονθεν αὐτὸς πειρασθεὶς, δύναται τοῖς πειραζομένοις βοηθῆσαι. σκόπει τὸν παθὼν ἀρχιερεὺς ἐλεήμων. παθητὸς δὲ ὁ ναὸς, οὐχὶ ὁ ζωοποιὸς τὴν πεπονθότος Θεός.

Ejusdem ex quaternione XVI.

Considerate, & quid his continuo inferatur: *Ut misericors*, inquit, *fieret, & fidelis Pontifex ad Deum, qui in eo quod passus est ipse tentatus, potens est illis, qui tentantur, auxiliari.* Ergo qui passus est, Pontifex misericors; passibile autem templum, non vivificus templi ejus quod passum est, Deus. XI. *Heb. 2. v. 18.*

Ομοίως τοῦ αὐτοῦ, τεταράδιον κζ'.

Ἵνα μάθητε, φησὶν, ὡς σφόδρα τις τῆς θεότητος ὑπῆρχε συνάφεια, καὶ ἐν βρέφει

Ejusdem ex quaternione XVII.

Ut sciatis, inquit, quanta erat conjunctio divinitatis, cum etiam in infante XII.

caro dominica cerneretur: erat enim idem infans & infantis dominus. Laudastis vocem, sed nolite eam parum curiose laudare: dixi enim quod idem erat infans, & habitator infantis.

τῆς δεσποτικῆς καθορωμένης σαρκός· ἰδοὺ γὰρ ὁ αὐτὸς βρέφος, καὶ τοῦ βρέφους δεσπότης. ἐπηνέσατε τὴν φωνὴν, ἀλλὰ μηδὲ αὐτὴν ἀβασανίστως κρατήσητε. Εἶπον γὰρ· Ο αὐτὸς ἰδοὺ βρέφος, καὶ τοῦ βρέφους οἰκήτωρ.

Ejusdem ex quaternione I.

Τοῦ αὐτοῦ, τετράδιον α'.

XIII. Communes enim sunt Trinitatis operationes, & tantum substantiis dividendæ; vnigeniti vero præclara gloria aliquando Patri assignatur: *Est enim*, inquit, *Pater meus qui clarificat me*; aliquando Spiritui: *Spiritus enim*, inquit, *veritatis clarificavit me*; aliquando Christi potestati.

Ioan. 8. v. 54.

Κοιναὶ γὰρ αἱ τῆς τριάδος ἐνέργειαι, καὶ μόναις ὑποστάσεσι τὴν διαφόρεσιν ἔχουσαι. ἡ γοῦν τοῦ μονογενοῦς δόξα ποτὲ μὲν τῷ πατρὶ τεθεῖται· Εστι γὰρ, φησὶν, ὁ πατήρ μου ὁ δοξάζων με. ποτὲ δὲ τῷ πνεύματι· Τὸ πνεῦμα γὰρ, φησὶ, τῆς ἀληθείας ἐμὲ δοξάσει. ποτὲ δὲ τῇ τοῦ Χριστοῦ δυναστείᾳ.

Ejusdem ex quaternione XVI.

Ομοίως τοῦ αὐτοῦ, τετράδιον ιϛ'. περὶ Χριστοῦ λέγοντος.

XIV. Hic est qui dicit: *Deus, Deus meus, vt quid me reliquisti?* hic est qui tridui gustavit mortem. Adoro vero eum cum deitate, quasi divinæ auctoritatis cooperatorem. *Et post alia*: Propter illum qui portavit, eum qui portatus est, colo, & propter occultum veneror apparentem; nunquam ab eo qui apparet, Deus separatur, ideo nec ego ab eo honorem separo; separo naturas, sed vnam facio venerationem: non est Deus ipse, per se, qui est fictus ex spiritu; non Deus ipse per se, qui est sepultus in monumento: nam si ita esset, essemus certe hominum mortuorumque cultores. Sed quia in assumpto Deus est: ex eo qui assumpsit, is qui assumptus est, quasi assumenti conjunctus, connuncupatur Deus.

Matth. 27. v. 46. & Marci 15. v. 34.

Οὗτος ὁ λέγων· Θεέ μου, Θεέ μου, ἵνα τί με ἐγκατέλιπες; οὗτος ὁ τεσσαρεσν τελευτῶν ὑπομείνας. προσκυνῶ δὲ σὺν τῇ θεότητι τοῦτον, ὡς τῆς θείας συνεργὸν αὐθεντίας. καὶ μετ' ἔτερα· Οὐ καθ' ἑαυτὸ Θεὸς ὁ πλασθὲν ἀπὸ μήτρας· οὐ καθ' ἑαυτὸ Θεὸς ὁ κρυφθὲν ἐν τῷ πνεύματος· οὐ καθ' ἑαυτὸ Θεὸς ὁ ταφὲν ὀπτὶ μνήματος. οὕτω γὰρ ἂν ἦμεν ἀνθρωπολάτραι, καὶ νεκρολάτραι σαφῶς. Ἀλλ' ἐπειδὴ τῷ λαβόντι ὁ λαβὼν Θεὸς, ἐκ τοῦ λαβόντος ὁ ληφθεὶς, ὡς τῷ λαβόντι συναφθεὶς, συλλεγεμαΐζει Θεός.

Ejusdem ex quaternione III. *in hæreticos, cum de Spiritu diceret.*

Ομοίως τοῦ αὐτοῦ, τετράδιον γ'. κατὰ αἱρετικῶν, περὶ τοῦ πνεύματος λέγοντος.

XV. Quomodo enim sit servus, inquit, qui cum Filio cooperatur & Patre? & si quis requirat opera Spiritus, inveniet ea non distantia operibus Patris & Filii; non quia vna deitas dividatur, sed quia divina scriptura, ea quæ sunt vnius virtutis, singulis substantiis dispertiat, vt Trinitatis similitudo ex temporibus operum cœperit, Deus *Verbum factum est caro, & habitavit in nobis*. Consideres ibi, fecit assumptum hominem Pater: *Dixit enim Dominus Domino meo, sede ad dexteram meam*; ejus qui assumptus est, gloriam clarificavit Spiritus: *Quando enim venerit spiritus veritatis, ipse me clarificabit.*

Ioan. 1. v. 14.
Psal. 109. v. 1.
Ioan. 16. v. 13.

Πῶς γὰρ εἴη δοῦλον, φησὶ, τὸ μετὰ πατρὸς καὶ υἱοῦ ἐργαζόμενον; κἂν ζητοίη τις τὰς τοῦ πνεύματος τάξεις, εὑρήσει τῷ μὲν πατρὸς καὶ υἱοῦ κατ' οὐδὲν διαφερούσας· οὐχ ὡς τῆς μιᾶς μεριζομένης θεότητος, ἀλλὰ τῆς θείας γραφῆς τὰ τῆς μιᾶς ἰσχύος τὰ καθ' ἑκάστην μεριζομένης ὑποστάσιν, εἰς ἀπόδειξιν τῆς τῆς τριάδος ὁμοίου. καί μοι σκόπει τὸ ὅμοιον, ἐκ τῶν ἐν ἔργοις κεκρυμμένων ἀρξάμενον· ὁ Θεὸς λόγος ἐγένετο σὰρξ, καὶ ἐσκήνωσεν ἐν ἡμῖν. συνεκάθισεν ἑαυτῷ τὸν ἀναληφθεῖσαν ἀνθρωπότητα ὁ πατήρ· Εἶπε γὰρ, φησὶν, ὁ κύριος τῷ κυρίῳ μου, κάθου ἐκ δεξιῶν μου. τὸν τῶν ἀναληφθέντος τὸ πνεῦμα κατελθὸν συνεκρότησε δόξαν· Οταν γὰρ, φησὶ, τὸ πνεῦμα τῆς ἀληθείας ἔλθῃ, ἐκεῖνο ἐμὲ δοξάσει.

Ομοίως τοῦ αὐτοῦ, τετράδιον ϛ'. περὶ Χριστοῦ λέγοντος.

Οτι ἄφεσιν κηρύξαι αἰχμαλώτοις ἄφεσιν, καὶ τυφλοῖς ἀνάβλεψιν· ὡς ὁ ἀπόστολος, ἐπιφέρει, καὶ φησιν· Οὗτος ὁ πιστὸς τῷ Θεῷ πεποιημένος ἀρχιερεύς. ἐλθὼν γὰρ εἰς τοῦτο, οὐκ ἀϊδίως προβέβηκεν. ἔστι δὲ ὁ κατὰ μικρὸν εἰς ἀρχιερέως, αἱρετικὲ, προκόπας ἀξίωμα. καὶ ἄκουε σαφεστέρως σοι τοῦτο βοῶντος φωνῆς· Εν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ, φησὶ, τὸν βρυχὸς αὐτοῦ δεήσεις τε ἱκεσίας πρὸς τὸν δυνάμενον σώζειν αὐτὸν ἐκ θανάτου, μετὰ κραυγῆς ἰσχυρᾶς καὶ δακρύων προσενέγκας, τε εἰσακουσθεὶς ἀπὸ τῆς εὐλαβείας, καίτοι ὢν υἱὸς, ἔμαθεν ἀφ' ὧν ἔπαθε τὴν ὑπακοήν· καὶ τελειωθεὶς, ἐγένετο τοῖς ὑπακούουσιν αὐτοῦ πᾶσιν αἴτιος σωτηρίας αἰωνίου. τελειοῦται δὲ ὁ κατὰ μικρὸν προκόπτων, αἱρετικέ. περὶ οὗ τε Ιωάννης ἐν τοῖς εὐαγγελίοις βοᾷ· Ιησοῦς προέκοπτεν ἡλικίᾳ, τε σοφίᾳ, καὶ χάριτι. οἷς σύμφωνα τε Παῦλος φθεγγόμενος· τελειωθεὶς, φησὶν, ἐγένετο τοῖς ὑπακούουσιν αὐτοῦ πᾶσιν αἴτιος σωτηρίας αἰωνίου, προσαγορευθεὶς ὑπὸ τοῦ Θεοῦ ἀρχιερεὺς κατὰ τὴν τάξιν Μελχισεδέκ. τε μὴν ἕτερα· Αρχιερεὺς κεκλημένος. εἰ οὖν ἀδιαμφιβόλως τῷ Παύλῳ, τὴν ἀπαρχὴν Θεὸν λόγον ὑπηκόῳ καθαμιγεῖ ὁμοιώμασι, καὶ παθητὸν ἀρχιερέα ποιῶν;

Ejusdem ex quaternione VI.

Cum de Christo diceret, quod missus esset denuntiare captivis remissionem, quasi apostolus, addidit hoc etiam & dixit: *Hic qui fidelis Deo factus est pontifex*; factus est enim, hic non perpetuo antea fuerat: hic paulatim in pontificis profecit, hæretice, dignitatem. Audi vocem tibi hoc evidentius declamantem: *Qui in diebus*, inquit, *carnis suæ, preces supplicationesque ad eum, qui posset salvum a morte facere, cum clamore valido & lacrymis offerens, & exauditus pro sua reverentia, & quidem cum esset filius, didicit ex illis quæ passus est, obedientiam, & consummatus factus est omnibus obtemperantibus sibi causa salutis æternæ.* Consummatur autem id, quod paulatim proficit, hæretice. De quo etiam & Joannes in Evangeliis clamat: Jesus *proficiebat ætate, & sapientia, & gratia.* Quibus congrue etiam Paulus dicens: *Consummatus*, inquit, *factus est obtemperantibus sibi causa salutis æternæ, appellatus a Deo pontifex secundum ordinem Melchisedech.* Et post alia: *Pontifex*, inquit, *vocatur.* Cur igitur diversa sentis a Paulo? Cur impassibilem Deum Verbum corpore terreno commiscens, passibilem pontificem facis? X VI.

Ομοίως τοῦ αὐτοῦ, τετράδιον ιζ'.

Οθεν, ἀδελφοὶ, κλήσεως ἐπουρανίου μέτοχοι, κατανοήσατε τὸν ἀπόστολον καὶ ἀρχιερέα τῆς ὁμολογίας ἡμῶν Ιησοῦν, πιστὸν ὄντα τῷ ποιήσαντι αὐτόν. τε μὴν ἕτερα· Οὕτος οὖν ἡμῖν τούτου μόνου ἀρχιερεὺς συμπαθοῖς, καὶ συγγενοῖς, καὶ βεβαίοις, τῆς εἰς αὐτὸν μὴ καταπεπτωκότος πίστεως· αὐτὸς γὰρ ἡμῖν τῆς ἐπηγγελμένης εὐλογίας ἐκ σπέρματος Αβραὰμ ἀπεσταλη, ὡς ὑπὲρ ἑαυτοῦ καὶ τοῦ συγγενοῦς τὴν τοῦ σώματος θυσίαν συνεπαγόμενος. σημειωτέον, ὅτι ὁμολογήσας πάντα ἀρχιερέα δεῖσθαι θυσίας, καὶ ὑπεξαιρούμενος τὸν Χριστὸν, ὡς μὴ δεόμενον, ἐν τούτοις ὑπὲρ ἑαυτοῦ φησι προσφέρειν, καὶ τὴν συγγενοῦς, θυσίαν.

Ejusdem ex quaternione VII.

Unde, fratres, sanctæ vocationis cælestis participes, considerate apostolum & pontificem confessionis nostræ Jesum, *fidelem ei, qui fecit ipsum.* Et post alia: Cum sit igitur nobis hic solus pontifex condolens, sive cognatus, & firmus, de ejus fide nusquam depellamini: ipse enim nobis ex promissa benedictione, ex semine Abrahæ missus est, vtpote pro se & pro suo genere corporis sacrificium offerens. Notandum, quod confiteatur omnem pontificem sacrificio indigere, & cum excipiat Christum quasi non indigentem, *in is* inquit *eum pro se offerre & gerere sacrificium.* XVII. *Heb. 3. v. 1.* *Ibidem 5. v. 3.*

Ομοίως τοῦ αὐτοῦ, τετράδιον ιθ'.

Ακούσατε τοίνυν, προσέχοντες τοῖς ῥηθεῖσι· Ο τρώγων μου, φησὶ, τὴν σάρκα. μνημονεύετε ὅτι περὶ τῆς σαρκὸς ἐστι τὸ λεγόμενον, καὶ ὅπερ τῷ ἐμοῦ προσρήθη τὸ τῆς σαρκὸς ὄνομα, ὥστε μὴ δοκεῖν ἐκείνοις παρερμηνεύειν. Ο τρώγων μου τὴν σάρκα, καὶ πίνων

Ejusdem ex quaternione IV.

Audite igitur, & dicta diligenter inspicite: *Qui manducat*, inquit, *carnem meam.* Memento quod de carne dicamus, & quod non a me carnis nomen fingatur, ne videar illis falsus interpres. *Qui manducat*, inquit, *carnem meam, & bibit* XVIII. *Ioan. 6. v. 55.* *Ibidem.*

meum sanguinem. Nunquid dixit: *Qui manducat divinitatem meam, & bibit meam divinitatem? Qui manducat carnem meam, & bibit meum sanguinem, in me manet, & ego in ipso.*

Et post alia. Sed ad προκείμενον veniamus: *Qui manducat carnem meam, & bibit sanguinem meum, in me manet, & ego in ipso.* Mementote quod de carne dicamus: *Sicut misit me vivens Pater*, me qui appareo. Sed fortasse ego non recte interpretor; videamus ex iis quæ sequuntur: *Sicut misit me vivus Pater.* Ille dicit de deitate, ego de humanitate, videamus qui sit pravus interpres: *Sicut misit me vivus Pater.* Hæreticus dicit, quod deitatem dicit: Misit me Deum Verbum. *Sicut me misit vivus Pater*; juxta illos: *Et ego vivo* Deus Verbum *propter Patrem.* Quid postea? *Qui manducat me, & ille vivet.* Quid manducamus? deitatem an carnem?

μου τὸ αἷμα. μὴ εἶπεν· Ο τρώγων μου τὴν θεότητα, καὶ πίνων ταύτην; Ο τρώγων μου τὴν σάρκα, καὶ πίνων μου τὸ αἷμα, ἐν ἐμοὶ μένει, κἀγὼ ἐν αὐτῷ. καὶ πάλιν ἑτέρα.

Ἀλλ' ὅτι τὸ προκείμενον· Ο τρώγων μου τὴν σάρκα, καὶ πίνων μου τὸ αἷμα, ἐν ἐμοὶ μένει, κἀγὼ ἐν αὐτῷ. μνημονεύετε, ὅτι περὶ τῆς σαρκὸς τὸ λεγόμενον· Καθὼς ἀπέστειλέ με ὁ ζῶν πατήρ· ἐμὲ τὸν φαινόμενον. ἀλλ' ἐνίοτε παρερμηνεύω, ἀκούσωμεν ἐκ τῶν ἑξῆς· Καθὼς ἀπέστειλέ με ὁ ζῶν πατήρ. ἐκεῖνος λέγει περὶ θεότητος, ἐγὼ δὲ περὶ ἀνθρωπότητος. ἴδωμεν τίς ὁ παρερμηνεύων· Καθὼς ἀπέστειλέ με ὁ ζῶν πατήρ. λέγει καὶ ὁ αἱρετικός, ἐνταῦθα τὸν θεότητα λέγει· Απέστειλέ με, φησί, τὸν Θεὸν λόγον. Καθὼς ἀπέστειλέ με ὁ ζῶν πατήρ. κατ' ἐκείνους· Κἀγὼ ζῶ ὁ Θεὸς λόγος διὰ τὸν πατέρα. Εἶτα τὸ μετὰ τοῦτο· Καὶ ὁ τρώγων με, κἀκεῖνος ζήσεται. ἵνα ἐαθίομεν; τὸν θεότητα, ἢ τὸν ἀνθρωπότητα;

Ejusdem ex quaternione XXII.

XIX. Et tamen, inquit, si totum novum scrutatus fueris Testamentum, nusquam in eo invenias mortem Deo assignatam, sed aut Christo, aut Filio, aut Domino: nam & Christus, & Filius, & Dominus, cum de vnigenito a sancta scriptura profertur, naturas duas ostendit, & aliquando significat deitatem, aliquando humanitatem, aliquando vtrumque, vt cum Paulus scribens prædicat: *Cum inimici essemus, reconciliati sumus Deo per mortem Filii ejus.* Humanitatem significat Filii. Porro cum idem dicit ad Hebræos: *Deus locutus est nobis in Filio, per quem & sæcula fecit;* deitatem Filii significat. Neque enim caro fecit sæcula, quæ post multa sæcula facta est. *Et post alia:* Non deitas fratrem habuit Jacobum, nec Dei Verbi denuntiamus mortem, dominicum sanguinem & corpus manducantes.

Rom. 5. v. 10.

Heb. 1. v. 2.

Ομοίως τοῦ αὐτοῦ, τετράδιον ιε'.

Καὶ ὅλως, φησίν. Εἰ πᾶσαν ὁμοῦ τὴν καινὴν μεταλλεύσῃς, οὐκ ἂν εὕρεις οὐδαμοῦ τῷ Θεῷ ταύτην τὴν θάνατον τοῦ Θεοῦ προσαπονεμόμενον, ἀλλ' ἢ Χριστῷ, ἢ υἱῷ, ἢ κυρίῳ. ὁ γὰρ Χριστὸς, καὶ ὁ υἱὸς, καὶ ὁ κύριος, ὅτε τὴν μονογενοῦς παρὰ τῆς γραφῆς λαμβανόμενον, τὴν φύσιν ὅστι τὴν δύο σημαντικόν. καὶ ποτὲ μὲν δηλοῖ τὴν θεότητα, ποτὲ δὲ τὴν ἀνθρωπότητα, ποτὲ δὲ ἀμφότερα. οἷον, ὅταν Παῦλος διατελλων κηρύττῃ· Εχθροὶ ὄντες, κατηλλάγημεν τῷ Θεῷ διὰ τοῦ θανάτου τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ. τὴν ἀνθρωπότητα βοᾷ τὴν υἱοῦ. πάλιν λέγει πάλιν ὁ αὐτὸς πρὸς Εβραίους· Ο Θεὸς ἐλάλησεν ἡμῖν ἐν υἱῷ, δι' οὗ καὶ τοὺς αἰῶνας ἐποίησε· τὴν θεότητα δηλοῖ τοῦ υἱοῦ. οὐδὲ γὰρ ἡ σὰρξ δημιουργὸς τῶν αἰώνων, ἡ μετ' αἰῶνας δημιουργηθεῖσα πολλοῖς. καὶ πάλιν ἑτέρα· οὐδὲ θεότητος ἀδελφὸν τὸν Ιάκωβον ἔφερεν· οὐδὲ τὸν τοῦ Θεοῦ λόγου καταγγέλλομεν θάνατον, τὸ δεσποτικὸν αἷμα τε καὶ σῶμα σπουδάζοντες.

Ejusdem ex quaternione XXIII.

XX. Video, inquit, populum nostrum habere ingentem reverentiam & ardentissimam pietatem, sed in dogmate θεογνωσίας ignorantia labi; id autem non esse crimen populi; sed vt honeste dicam, non habuisse retro doctores tempus accurate vobis dogmata demonstrandi. Ecce hic plane confitetur neminem ante se talia populo prædicasse.

Ομοίως τοῦ αὐτοῦ, τετράδιον κγ'.

Περιέχω, φησί, τοῖς ἡμετέροις δήμοις, εὐλάβειαν μὲν πολλὴν κεκτημένοις καὶ θερμοτάτην εὐσέβειαν, ὑπὸ δὲ τὸν περὶ τὸ δόγμα θεογνωσίας ἀγνοίᾳ ὀλισθάνουσι. τοῦτο δὲ οὐκ ἔγκλημα τῶν λαῶν· ἀλλὰ, πῶς ἂν εὐπρεπῶς εἴποιμι; τὸ μὴ ἔχειν τοὺς διδασκάλους χρόνον καὶ τὴν ἀκριβεστέρων ὑμῖν παραδίδοσθαι δογμάτων.

COLLECTIO SECUNDA,

CUJUS HIC APUD MERCATOREM TITULUS: DE DIVERSIS NESTORII LIBRIS VEL TRACTATIBUS.

Excerpta ab Episcopo Cyrillo capitula, ex Græco a nobis, Nestorii in Latinum versa.

De codice confecto quaternione XXVI.

I. INTER cætera oportet nosse nos: modo enim venio in recordationem concilii Nicæni, quod nusquam ausum est dicere, quia Verbum Deus natum est ex Virgine Maria; ait enim: *Credimus in vnum Patrem omnipotentem, & in vnum Dominum* JESUM CHRISTUM. Attendite quia prius cum posuisset CHRISTUM, quod duarum naturarum conjunctionem demonstrat, non dixerunt in vnum Deum Verbum, sed acceperunt nomen, quod significaret vtrumque, vt non subdescendendo, cum audis mortem, vlla novitate turberis, & cum crucifixum & sepultum, tanquam deitate ista patiente, non vulneris auditu. Deinde videamus, quid illi subjungant: *Credimus & in vnum Dominum* JESUM CHRISTUM *vnigenitum, qui de Deo Patre natus est, consubstantivum Patri, qui propter nos descendit, & incarnatus est de Spiritu sancto.* Non dixerunt, quia natus est de Spiritu sancto. Vides quemadmodum interpretentur subdescendendo, quia dixerunt, hominem factum. Hunc, inquiunt, dicimus incarnatum, non mutabilitatem in carne suscipiente divina natura, sed inhabitatienem, quam gessit in homine, demonstrantes.

II. Et post aliquanta in eodem. Hoc retinete, inquit, quoniam prætermittentes dicere: *Credimus in Deum Verbum filium ejus vnigenitum*; dixerunt: *Credimus in vnum Dominum* JESUM CHRISTUM *consubstantivum Patri, Deum verum de Deo vero, per quem omnia facta sunt, qui propter nos homines & nostram salutem descendit, atque incarnatus est de Spiritu sancto ex Maria Virgine, & homo factus est.* Nusquam dixerunt, natus est. Cur putamus? Ut non duas nativitates introducerent deitatis.

III. Item in eodem post aliquanta. Volens liquido demonstrare, quod cum filii nomen ponitur, non omnimodo verbum illud significet, quod Deus est, sed tanquam commune nomen introducatur. Sic enim Scriptura dicit: *Misit Deus filium suum factum ex muliere, factum sub lege.* (Gal. 4. v. 4) Hic quidem duas demonstrat naturas; quod autem tantum circa hominem contigit, narrat: exige certe a contentioso, quis sub lege sit factus, Verbum Deus? nequaquam.

IV. Item ex codice altero, in quaternione primo, cujus initium tale est: Adhuc vobis multa habeo dicere. Et post aliquanta. Illic vnigeniti glorificatio aliquando quidem Patri deputatur, sicut est illud: *Pater est meus, qui me glorificat;* (Ioan. 8. v. 54.) aliquando vero Spiritui deputatur, ait enim: *Spiritus veritatis qui me glorificabit;* (Ioan. 16. v. 13.) nonnumquam vero Christi potentiæ assignatur, sicut scriptum est: *Exeuntes prædicabant Verbum vbique, Domino cooperante, & Verbum confirmante, consequentibus eos signis.*

V. Item in quaternione octavo de dictis epistolæ Apostoli ad Hebræos: apostoli enim nomen in Christo audientes, Deum Verbum male intelligunt, apostolum esse. Item legentes pontificis vocabulum, Deum esse imaginantur pontificem, mira dementia: quis enim apostoli officium audiens, non statim videat hominem demonstrari? Quis summi sacerdotis nomen audiens, divinitatis naturam ad sacerdotis ministerium vocet? Si enim Deus pontifex est, quis erit qui officio ejus debeat coli? Si Deus oblaturus est sacrificia tanquam pontifex, nullus erit, cui offerantur, Deus: quid enim dignum jam divinitate est, si tanquam inferior offerat sacrificia superiori?

Et subjungit: Unde igitur eis Deus appellandus pontifex visus est, qui sacrificio, secundum sacerdotii ritum, ad provectum suum omnino non indiget; perpetuæ quippe possessor est divinitatis: *Ex hominibus nempe electus atque susceptus pontifex pro hominibus constituitur apud Deum,* &c. (Heb. 5. v. 1.)

VI. Et subjungit: *Non angelos,* inquit, *apprehendit, sed semen Abrahæ.* (Heb. 2. v. 16.) Nunquid semen Abrahæ est deitas? Audite consequentem etiam vocem: *Unde debuit per omnia fratribus similis fieri.* (Ibidem. v. 17.) Nunquid deitati? Quos enim Deus Verbum habere potuit fratres similes sui? Respice etiam quod his dictis adjungitur: *Ut misericors fieret & fidelis pontifex ad Deum, in eo enim in quo passus est & ipse tentatus, potest & his qui tentantur, auxilium ferre.* (Ibid. v. 18.) Qui igitur passus est, ille est pontifex misericors; passibile autem templum est, non hic, qui ejus vivificator est, Deus. Semen Abrahæ is est, qui *heri est, & hodie,* (Heb. 13. v. 8.) secundum Pauli Apostoli vocem; non ille qui dixit: *Antequam Abraham esset,* (Ioan. 8. v. 58.)

Hebr. 1. v. 17. *ego sum.* Similis hic fratribus per omnia, qui humanæ animæ corporisque suscepit
Ioan. 14. v. 9. fraternitatem, non ille qui dixit: *Qui me videt, videt & Patrem meum.*

VII. Item in quaternione decimonono, cum velut adversus Arium diceret. Et isti quidem, tametsi majore paterna deitate Verbum Deum minorem delirent, non tamen novellum fatentur. Hi autem eum etiam beatæ Mariæ secundum & posteriorem esse pronuntiant, & temporalem matrem * opifice majorem divinitate consignant; quin imo nec matrem Christi esse concedunt: si enim non hominis natura, sed Deus Verbum erat, quem illa pariebat; quæ peperit, nequaquam ejus mater, qui natus est, invenitur. Quomodo enim fiet ejus aliqua mater qui a natura genitricis est alienus? Quod si vera mater ab iis appellatur, homo ergo qui editus non divinitatis natura est, siquidem proprium omnis est matris consubstantivum sibimet parere. Ergo non erit mater, quæ consubstantivum sibi minime peperit: quæ mater quia ab his dicitur, eum qui secundum substantiam * fuit similis, genuit. Quis autem secundum substantiam ejus erit similis? Is sine dubio qui Spiritus sancti opificio extitit. *Quod enim in ea natum est,* inquit Scriptura, *de Spiritu sancto est,* cum quo indefinenter erat Verbum Deus. Verbum Deus non est natus ex Maria, sed in illo qui ex ea natus manens. Non ex virgine initium habens, sed illi, qui crescendo per menses paulatim compositus in vtero virginis est, inseparabiliter omni tempore sociatus. Aliud est autem dicere: * Ille qui natus est commanet; & aliud, illum qui nato commanet, hunc esse, qui vt nasceretur, mensium ei opus fuisset curriculo.

* opifici tem porum divinitati consignant B.

* sui esset B.

* illi qui natus est commanere; & aliud, illum qui nato commanet, hunc esse, qui vt nasceretur, mensium ei opus fuisse curriculo B.

VIII. Item ex alio tractatu, quaternione * decimoquinto. Hunc, inquit, JESUM suscitavit Deus, non est mortuus Deus, sed suscitavit. Apollinaris, audi Petri Apostoli dicta, audi & tu * in Apollinari impietas Ariana. Hunc JESUM suscitavit
Act. 10. v. 40. Deus, qui visibilis oculis apparuit; hunc qui ligno * crucifixus est; hunc qui Thomæ palpatus est manibus, qui ad eum clamavit: * *Palpate & videte, quia spiritus carnem & ossa non habet, sicut me videtis habere;* & his dictis discipulus credens,
Luc. 24. v. 39. palpatoque eo, de carnis, quæ crucifixa est, resurrectione certior factus, mirandorum glorificabat opificem Deum, di-
Ioan. 20. v. 28. cens: *Dominus meus & Deus meus;* non vtique illud quod palpaverat, appellans Deum.

* 20 B.

* cum B.

* confixus B

* Palpa & vide B.

IX. Item in quaternione vigesimonono. Paulus narrat & incarnatam essentiam, & incarnatæ deitatis post vnitionem, incommutabilitatem manentem, propter quod & scribens clamat: *Hoc sentite in*
Philipp. 2. v. 5. *vobis quod & in* CHRISTO JESU, *qui cum in forma Dei esset constitutus, formam servi accepit.* Sed accipiens Apostolus nomen hoc quod est, *Christus,* tanquam duarum naturarum significativum vocabulum, absque periculo eum & servi formam accepisse, & Deum nuncupat irreprehensibiliter, his divisis, quæ ad naturam duplicem significandam dicuntur.

X. Et post plura, in eodem libro. Nostra enim natura pro nobis interpellat in Christi vsu tanquam vestis constituta, inculpabilis originis suæ defensionibus nitens, & quia * illud peccatum, qui prior figuratus est, totius generis extitit causa, huic suscipiendi hominis, o homo, occasio fuit, vt per carnem destrueretur corruptio, quæ per carnem contigerat. Hujus carnis est, non divinitatis, diei tertiæ sepultura. Hujus pedes detenti sunt clavis; hanc sanctus Spiritus in vtero figuravit, de hac Dominus ad Judæos:
Ioan. 2. v. 19. *Solvite,* dicebat, *templum hoc, & in triduo suscitabo illud.* Nunquid ego duplicem quemdam Christum solus appello, & non semetipsum, & templum solubile, & Deum se nuncupat suscitantem? Quod si Deus erat qui solvebatur, o Ariane, quod sane in ejus caput blasphemiarum convertatur, oportuerat dicere: Solvite Deum istum, & in triduo suscitabitur; si mortuus est Deus, si sepulturæ mandatus est, inane illud in Evangelio dictum: *Quid*
Ioan. 8. v. 40. *me quæritis occidere, hominem qui verum locutus sum vobis?* Nunc autem ait: *Quid me quæritis occidere, hominem, cujus capiti spinea corona superposita est;* hominem, qui
Matth. 27. v. 46. dicit: *Deus, Deus meus, quare dereliquisti me?* & qui triduanam sustinuit mortem. Adora autem hunc cum deitate, tanquam divinæ cooperarium auctoritatis.

* sicut ille ad peccatum B.

XI. Item post aliquanta in eodem. Colo, inquit, eum, tanquam omnipotentis imaginem: *Exaltavit eum Deus, & donavit illi*
Philipp. 2. v. 9. *nomen, quod est super omne nomen, vt in nomine* JESU CHRISTI *omne genu flectatur, cælestium, terrestrium & infernorum, & omnis lingua confiteatur quia Dominus* JESUS *in gloria est Dei Patris;* propter vtentem, id quo ille vtitur, adoro; propter latentem colo, quod foris patet, & in eo qui inseparabilis est non separo dignitatem, sed separo naturas, & conjungo reverentiam. Non per se ipsum Deus est quod depositurum est in sepulcro: sic enim essemus hominis & hominis mortui manifesti cultores. Sed quoniam in assumpto Deus ex assumente qui assumptus est * tanquam ex assumente conjunctus appellatur Deus, propterea & crucifixæ carnis dæmones

* tanquam assumentis B.

dæmones vocabulum perhorrescunt, crucifixæ carni conjunctum, non autem compassum scientes Deum; ideo & judex venturus est iste qui visibilis paruit, quoniam omnipotenti conjungitur deitati.

XII. Item post multa ibidem. Non deitatis, inquit, Jacobum habuit fratrem, nec Dei Verbi mortem nos annuntiamus, cum dominico corpore & sanguine pascimur: * divina natura sacrificium suscipit, non ipsa in sacrificio immolatur.

* Dei namque natura B.

XIII. Item tractatu alio adversus Arianos quaternione decimo. Quis nunc benignitatis tam immensum aspiciat pelagus, naturam cum suo opifice dominantem, & conjunctam homini deitatem, nihil sine hoc jubentem, nullum absque isto judicantem, cum eo vivorum curam in summa providentia gerentem, & cum ipso mortuos suscitantem? *

* spes omnes has, quæ omnibus a fortissimo & benigno Domino gubernantur, hæretici debilitant atque convellunt B.

Item ejusdem in tractatu alio codicis quaternione quinto, de scripturæ sanctæ loco, vbi ait: *Si recordatus fueris quod habet frater tuus aliquid adversum te. Qui manducat*, inquit, *carnem.* Mementote de carne esse, quod dictum est: *Sicut misit me vivus Pater*, qui visibilis sum. Sed forte prave interpretor dictum: ergo de consequentibus audiamus. *Sicut me misit vivus Pater, & ego vivo per Patrem;* ille hic deitatem intelligit, ego hominem dico. Videamus quis est sanus interpres: *Sicut misit me vivus Pater;* hic dicit hæreticus, divinitatem missam, se profiteri Deum Verbum dicere: *Sicut misit me vivus Pater.* Ergo & hoc secundum ipsos ita erit intelligendum: *Et ego Deus Verbum vivo per Patrem.* Post hoc enim videtur dictum: *Et qui manducat me, & ille vivit.* Quem ergo manducamus? divinitatem, an carnem?

XIV. Matth. 5. v. 23. Joan. 6. v. 55. Ibid. v. 58.

XV. Item in quaternione sexto ejusdem in Judam, adversus hæreticos. Libenter hic de illis hæreticis interrogans requirebam, qui deitatis & humanitatis naturam in vnam * sententiam miscendo contemperant, quis ille hoc loco est, qui proditur & traditur Judæis? Si enim temperatio, vel admixtio vtriusque facta est, vtrum a Judæis est tentum? An Deus Verbum? an humanitatis natura? Quis videtur occisus? cogor enim inferioribus vti sermonibus, vt fiat omnibus, quod dicitur, manifestum. In quem, dicas velim, ea quæ gesta sunt, cadunt? Nunquid in Dei naturam, quam vtroque confundens, contemperare præsumis? Ergo Verbum Deus capessibilis, cui nihil commune in occisione cum carne. An a Judæis in occisionem ductus est? Ut quid etiam temperatis jam vtrisque naturis secundum te Scripturam nuper audivimus de virtute sacramenti narrantem, quam Dominus tradidit discipulis suis, dicens: *Quia in qua nocte tradebatur, accipiens panem, gratias agens, fregit discipulis suis dicens: Accipite & manducate ex eo omnes, hoc est enim corpus meum.* Quare non dixit: Hoc est deitas mea, quæ pro nobis confringetur? Et iterum sumptum calicem porrigens, non dixit: Hæc deitas mea, quæ pro vobis effundetur in remissionem peccatorum; sed hoc magis: *Hic est sanguis meus, qui pro vobis effundetur in remissionem peccatorum.* Separa naturam, sed vnitionem conjunge; Filium Dei Christum confitere, sed Filium duplicem, hominem & Deum, vt passio quidem humanæ deputetur naturæ; passionis vero absolutio, quæ in homine, qui passus est, facta est, solius sit deitatis.

* substantiam

1. Cor. 11. v. 23. Matth. 26. v. 28.

XVI. Item alibi in quaternione nono adversus Judæos. Separantes, inquit, propriam naturarum dignitatem conjunctionis vnius.

XVII. Item ex alio tractatu in quaternione vigesimoquinto. Proptera volo vos cautos favere, vel plaudere. Divisio non est conjunctio, deitatis, neque potentiæ, cum Filius Christus est, in his divisio non est; in deitate vero & humanitate divisio est secundum quod est Christus; indivisus est Filius; secundum quod est Filius, indivisus est: non enim habemus duos Christos & duos Filios, neque est apud nos primus Christus & secundus; neque alter & alter, neque iterum alter Filius, & iterum alter Filius: sed idem ipse, ipse Filius est duplex, non dignitate, sed natura.

XVIII. Item quaternione XXVI. quasi adversus Apollinarem. Reverentia, inquit, duarum naturarum, vnam appellamus dignitatem ejus, qui vtraque conjunxit.

XIX. Item alibi ex alio tractatu in quaternione XXXI. idem de Christo inquit. De Christo tametsi dicamus templum, sed minime a deitate separabile, & conjunctum Deo, totam possidens operationem divinam, & nunc coopificem Dei, & quod cum eo omnium dominetur.

XX. Item idem in tractatu alio in id quod scriptum est: *Si habere aliquid recordatus fueris adversus fratrem tuum;* veluti contra hæreticos. Audite, inquit, dictis intenti: Qui manducat, ait, carnem meam; memento, quoniam de carne est, quod dicitur. Nunquid a me carnis nomen appositum est, vt me male interpretari querantur? Qui manducat, inquit, carnem meam, & bibit sanguinem meum. Nunquid qui & bibit sanguinem meum, in me manet, & ego in eo?

XXI. Item ex alio tractatu quaternione XXXI. Hoc autem dico, vt noveritis,

quam superexcellens & summa quædam deitatis conjunctio existebat etiam in infante ipso, cum dominica caro conspicitur. Erat enim ipse & infans, & infantis ipsius dominus. Laudastis vocem, sed indiscusse nolo faveatis, dixi enim: Ipse erat infans, & infantis habitator.

Item ex altero codice quaternione II. veluti contra Arianos & Macedonianos. Ampliorem, inquit, in Christum injuriam excogitantes, Spiritum sanctum a divina dissecant natura, qui ejus humanitatem figuravit in vtero Virginis: *Quod enim,* inquit Scriptura, *inde natum est, de Spiritu sancto est;* qui secundum justitiam quod figuratum est reformavit: *Manifestum enim,* inquit, *in carne, justificatum est in Spiritu;* qui eum terribilem & formidabilem dæmonibus faciebat: *Ego enim,* inquit, *in Spiritu Dei ejicio dæmonia;* qui ejus carnem templum est fabricatus: *Vidi enim Spiritum,* inquit, *descendentem tanquam columbam & manentem super eum;* qui ei in cælum ascensionem donavit: *Præcipiens enim,* inquit Scriptura, *Apostolis quos elegit per Spiritum sanctum, elevatus in cælum est.* Hic, inquam, Spiritus, qui tam magnam gloriam donavit, esse ab his asseritur servus.

Matth. 1. v. 20.

1. Tim. 3. v. 16.

Luc. 11. v. 20.

Ioan. 1. v. 32.

Act. 1. v. 2.

COLLECTIO TERTIA EXCERPTORUM

EX VARIIS NESTORII TRACTATIBUS,

a sancto Cyrillo, in libris quinque contradictionum.

Tom. 6. oper. S. Cyrilli edit. Graecolat.

Cod. 169.

DE his quinque sancti Cyrilli contradictionum libris ita scribit Photius: *Lecti sunt sancti Cyrilli adversus Nestorii blasphemias libri quinque, quorum primus quidem calumniarum Nestorii capita decem refellit; alter deinde tredecim; tertius vero sex; quartus denique ac quintus singuli septem,* &c.

Ex libro I.

I.

SÆPE, inquit, illos rogavi: Num deitatem dicitis ex sancta Virgine natam? Ad hæc verba illico resiliunt, &c.

ΗΡΩΤΗΣΑ, φησὶ, πολλάκις αὐτοὺς, δῆλον δὲ ὅτι τοὺς ἀυτιλέγοντας αὐτῷ· τὴν θεότητα λέγετε γεγεννῆσθαι ἐκ τῆς ἁγίας παρθένου; Ἀποπηδῶσιν εὐθὺς πρὸς τὸ ῥῆμα, &c. *Serm.* V.

II.

Vide quid consequatur, hæretice. Non invideo hanc vocem Christi genitrici virgini, &c.

Βλέπε τὸ συμβαῖνον, αἱρετικέ· οὐ φθονῶ τῆς φωνῆς τῇ Χριστοτόκῳ παρθένῳ, &c. *Serm.* V.

III.

Ita & alibi dicit: Locutus est nobis in Filio, quem constituit hæredem vniversorum, per quem fecit & sæcula: qui cum sit splendor gloriæ, &c.

Οὕτω καὶ ἐν ἑτέροις φησὶν· Ἐλάλησεν ἡμῖν ἐν υἱῷ, ὃν ἔθετο κληρονόμον πάντων, δι' οὗ καὶ τοὺς αἰῶνας ἐποίησεν. ὃς ὢν ἀπαύγασμα τῆς δόξης, &c. *Serm.* VII.

IV.

Si Deus est Christus, inquit, & Christus ex beata Maria est ortus, cur virgo non sit Dei genitrix, &c.

Εἰ Θεὸς, φησὶν, ὁ Χριστὸς, ἐτέχθη δὲ ὁ Χριστὸς ἐκ τῆς μακαρίας Μαρίας, πῶς οὐκ ἔστιν ἡ παρθένος Θεοτόκος, &c. *Serm.* V.

V.

De beato Joanne Baptista prædicatur a sanctis angelis, implendum esse infantem Spiritu sancto, adhuc ex vtero matris suæ, &c.

Ο μακάριος Ἰωάννης ὁ Βαπτιστὴς προκηρυττόμενος παρὰ τῶν ἁγίων ἀγγέλων, ὅτι πλησθήσεται τὸ βρέφος πνεύματος ἁγίου ἔτι ἐκ κοιλίας μητρὸς αὐτοῦ, &c. *Serm.* V.

VI.

Gaudeo enim, inquit, vestrum aspiciens zelum, &c.

Χαίρω γὰρ, ἔφη, τὴν ὑμέτερον θεασάμενος ζῆλον, &c. *Serm.* III.

Δεῖ δὲ ἡμᾶς, νῦν γὰρ ἦλθον εἰς ἔννοιαν, καὶ τὴν κατὰ Νίκαιαν σύνοδον μαθεῖν, οὐδαμοῦ τολμῶσαν εἰπεῖν, ὅτι ὁ Θεὸς ἐγεννήθη ἐκ Μαρίας, &c. *Serm.* III.

VII.

Nos autem oportet, quod nunc mihi venit in mentem, advertere etiam Nicænam synodum nusquam dicere ausam, Deum ex Maria genitum, &c.

Ἠκολούθησαν τῷ εὐαγγελιστῇ, καὶ γὰρ ὁ εὐαγγελιστὴς, ἐλθὼν εἰς τὴν ἀνανθρώπησιν, ἔφυγε γένεσιν εἰπεῖν ὅτι τοῦ Θεοῦ λόγου, καὶ τέθεικε σάρκωσιν, &c. *Serm.* III.

VIII.

Secuti sunt Evangelistam: nam Evangelista vbi ad narrandam humanationem pervenit, dicere generationem in Deo Verbo vitavit, ac posuit incarnationem, &c.

Ὅμως δὲ κἂν θεότητος μείζονος τὸν Θεὸν λόγον λογοῦσι νεώτερον, &c. *Serm.* III.

XI.

Tamen divinitate certe quæ major est, ipsum Dei Verbum recentius esse nugantur, &c.

Εἶπον γὰρ ἤδη πολλάκις ὅτι εἴ τις ἢ ἐν ἡμῖν ἀφελέστερος, &c. *Serm.* V.

X.

Dixi jam sæpius: Si quis inter vos simplicior, &c.

Ex libro II.

I.

Εἰ μετὰ πίστεως ἁπλῆς, Θεοτόκος, προσέφερες, οὐκ ἂν ἦν μοι τὸν λέξεως ἐφθόνησα, τὸν νοῦν ἐξετάζων τοῦ ῥήματος, &c. *Serm.* V.

Si fide simplici Deiparam proferres, nulla esset apud me dictionis invidia, verbi sensum exquirentem, &c.

II.

Ὅτε οὖν ἡ θεία γραφὴ μέμνηται λέγει, ἢ γένεσιν τοῦ Χριστοῦ τὴν ἐκ τῆς παρθένου, ἢ θάνατον, οὐδαμοῦ φαίνεται τιθεῖσα, Θεὸς ἀλλ' ἢ Χριστὸς, ἢ υἱὸς, ἢ κύριος, &c. *Serm.* II.

Ubi igitur sacræ literæ vel nativitatem Christi de beata Virgine exponunt, nusquam ponunt Deum, sed vel Christum, vel Dominum, &c.

III.

Ἐξαπέστειλε γὰρ, φησὶν, ὁ Θεὸς τὸν υἱὸν αὐτοῦ γενόμενον ἐκ γυναικὸς, γενόμενον ὑπὸ νόμον, &c. *Serm.* III.

Misit enim, inquit, Deus filium suum, factum ex muliere, factum sub lege, &c.

IV.

Ἀλλ' ὥσπερ λέγομεν Θεὸν τὸν πάντων δημιουργὸν, καὶ Θεὸν τὸν Μωσέα, &c. *Serm.* II.

Sed sicut dicimus Deum illum omnium conditorem, & Deum ipsum Mosem, &c.

V.

Εἰπὲ τὸν ἀναλαβόντα, ὅτι Θεὸς, &c. *Serm.* II.

Dic de assumente, quod Deus sit, &c.

VI.

Διὰ τοῦτο βούλομαι ὑμᾶς μετὰ ἀσφαλείας κρατεῖν, &c. *Serm.* II.

Ideo volo vos caute firmiterque tenere, &c.

VII.

Ἡ γὰρ τοῦ μονογενοῦς δόξα, ποτὲ μὲν τῷ πατρὶ ἀνεῖται, &c. *Serm.* X.

Illa certe vnigeniti glorificatio nonnunquam Patri ascribitur, &c.

VIII.

Erat quidem ille Deus Verbum, etiam antequam homo fieret, Filius & Deus, & consentiens Patri, &c.

Ἦν μὲν γὰρ ὁ Θεὸς λόγος καὶ πρὸς τῆς ἐναν θρωπήσεως, υἱὸς καὶ Θεὸς, καὶ συναινῶν τῷ πατρὶ, &c. *Serm.* II.

IX.

Ut ergo demonstretur ipsis quoque magis, quis hic est ab illis adoratus, &c.

Ἵνα τοίνυν δηλωθῇ καὶ τοῖς μᾶλλον, τίς ἐστιν οὗτος ὁ παρ' αὐτῶν προσκυνούμενος, &c. *Serm.* XI.

X.

Neque vero simplex homo est Christus, o calumniator, sed homo simul & Deus, &c.

Ἀλλ' οὐ ψιλὸς ἄνθρωπος ὁ Χριστὸς, συκοφάντα, ἀλλ' ἄνθρωπος ὁμοῦ καὶ Θεὸς, &c. *Serm.* VII.

XI.

Veneror ipsum vt omnipotentis divinitatis imaginem, &c.

Σέβω αὐτὸν ὡς τοῦ παντοκράτορος εἰκόνα θεότητος, &c. *Serm.* VII.

XII.

Non est per se Deus quod est in vtero formatum, &c.

Οὐ καθ' ἑαυτὸ Θεὸς ὁ πλασθὲν ἐπὶ μήτρας, &c. *Serm.* VII.

XIII.

Sed hic secundum carnem cognatus Israel, &c. hic secundum naturam spectabilem homo, hic juxta Pauli vocem natus ex semine David, &c.

Ἀλλ' οὗτος ὁ κατὰ σάρκα τοῦ Ἰσραὴλ συγγενὴς, ὁ κατὰ τὴν φαινόμενον ἄνθρωπος, ὁ κατὰ τὴν Παύλου φωνὴν ἐκ σπέρματος γεγενημένος Δαβὶδ, &c. *Serm.* II.

Ex libro III.

I.

Cum enim audiunt nomen Apostoli, ipsum Deum Verbum intelligunt apostolum, &c.

Ἀποστόλου γὰρ ἀκούοντες ὄνομα, τὸν Θεὸν λόγον νοοῦσιν ἀπόστολον, &c. *Serm.* VI.

II.

Non angelos apprehendit, sed semen Abraham apprehendit, &c.

Οὐκ ἀγγέλων ἐπιλαμβάνεται, ἀλλὰ σπέρματος Ἀβραὰμ ἐπιλαμβάνεται, &c. *Serm.* VI.

III.

Semen Abraham is est, qui heri & hodie, vt Paulus ait, non qui dixit: Prius quam Abraham fieret, ego sum, &c.

Σπέρμα Ἀβραὰμ ὁ χθὲς καὶ σήμερον, κατὰ τὴν τοῦ Παύλου φωνὴν, οὐκ ὁ λέγων, πρὶν Ἀβραὰμ γενέσθαι ἐγώ εἰμι, &c. *Serm.* VI.

IV.

Hic ille fidelis Deo factus pontifex, factus est enim, non ab æterno erat, &c.

Οὗτος ὁ πιστὸς τῷ Θεῷ γεγενημένος ἀρχιερεὺς, ἐγένετο γὰρ, οὐκ ἀϊδίως ὤν, &c. *Serm.* VI.

V.

Cum igitur solus hic nobis sit pontifex misericors, & cognatus, & firmus, cavete ne ab ejus fide dimoveamini, &c.

Οὗτος οὖν ἡμῖν τοίνυν μόνος ἀρχιερεὺς, συμπαθοῦς, καὶ συγγενοῦς, καὶ βεβαίου τῆς εἰς αὐτὸν μὴ παρεκπέσετε πίστεως, &c. *Serm.* VI.

Μέμνησθε δέ που πολλάκις μοι πρὸς ὑμᾶς εἰρηκότα, τὰς διπλᾶς πρὸς τὴν δεσπότιν Χριστὸν διακρίνουσι φύσεις, &c. *Serm.* II.

VI.

Meministis autem prorsus eorum quæ sæpe dixi vobis, cum duas in Christo naturas distinguerem, &c.

Ex libro IV.

I.

Ὁ Θεὸς λόγος ἐλθόντος σαρξ, καὶ ἐσκήνωσεν ἐν ἡμῖν. συνεκάτισεν ἑαυτῷ τὴν ἀνειληφθεῖσαν ὁ πατὴρ αὐθεντότητα, &c. *Serm.* III.

Deus Verbum factum est caro, & habitavit in nobis. Secum considere fecit Pater assumptam humanitatem, &c.

II.

Καὶ τῆς συνεργείας ἡ ἀπόδειξις πρόδηλος, &c. *Serm.* X.

Atque cooperationis hujus evidens est argumentum, &c.

III.

Πλείονα, φησὶ, τὴν εἰς αὐτὸν κατασκευάζοντες ὕβριν, τὸ πνεῦμα τῆς θείας ἀποτέμνοντες φύσεως, ὃ τὴν αὐθεντότητα διαπλάσας, &c. *Serm.* III.

Majorem, inquit, in ipsum struentes injuriam, & spiritum a divina natura separantes, qui humanitatem ejus formavit, &c.

IV.

Ὁ τρώγων μου τὴν σάρκα, καὶ πίνων μου τὸ αἷμα, ἐν ἐμοὶ μένει, κἀγὼ ἐν αὐτῷ, &c. *Serm.* IX.

Qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem, in me manet, & ego in eo, &c.

V.

Ἐρῶ δὴ καὶ τοῦ σκανδάλου τὰ ῥήματα, &c. *Serm.* IX.

Dicam etiam illius scandali verba, &c.

VI.

Ἀκουσον καὶ τοῦ, κύριος, ποτὲ μὲν ὅτι τῆς αὐθεντότητος τοῦ Χριστοῦ, ποτὲ δὲ ὅτι τῆς θεότητος αὐτοῦ, ποτὲ δὲ ἐπὶ ἀμφοτέρων κείμενον, &c. *Serm.* II.

Audi etiam hoc nomen, Domine, aliquando de humanitate Christi, aliquando de divinitate ejus, aliquando de vtroque positum, &c.

VII.

Διατί δὴ, καὶ ὡς ἀρτίως ἠκούομεν, ἀμφοτέρων κεκραμένων, ὁ κύριος τὴν τοῦ μυστηρίου δυνάμιν τοῖς μαθηταῖς παραδιδοὺς, οὕτω φησὶ, &c. *Serm.* VIII.

Cur autem etiam, vt paulo ante audiebamus, si vtraque, vt tu opinaris, commixta sunt, Dominus noster, cum mysterii vim discipulis traderet, sic dicit, &c.

Ex libro V.

I.

Ὅτι μὲν οὖν ὅτι τὴν γεννήσεως τῆς ἐκ τῆς Χριστοτόκου παρθένου ἤδησι τὸ, υἱὸς ἡ θεία γραφὴ δεδηλώκαμεν, &c. *Serm.* II.

Quod in nativitate ex Christi genitrice virgine divina scriptura ponat filii nomen, declaravimus. Audi jam & in morte, sicubi tandem Dei nomen est positum, vt passibilem Deum inducamus: cum inimici essemus, inquit, reconciliati sumus Deo per mortem Dei Verbi.

II.

Ἀκουσον καὶ τὴν ἄλλην αὐτῶν μαρτυρίαν· Εἰ γὰρ ἔγνωσαν, οὐκ ἂν τὸν κύριον τῆς δόξης ἐσταύρωσαν, &c. *Serm.* V.

Audi etiam aliud ipsorum testimonium. Si enim cognovissent, nunquam Dominum gloriæ crucifixissent, &c.

III.

Quod cum sim Dei forma, servi formam indui: quod cum sim Deus Verbum, in carne conspicior: quod cum vniversitatis sim dominus, personam pauperis propter vos indui: quod cum esuriam visibiliter, esurientibus cibum subministro.

Οπ μορφὴ Θεοῦ ὑπαρχων, μορφὴν δουλου. ὅπ Θεὸς λόγος ὢν, σὰρξὶ καθορᾶμαι. ὅπ διαπτόζων τῶ πάντος, πτωχένοντος δι' ἡμᾶς περιβεβλημαι πρόσωπον. ὅπ πεινῶ ὁρατῶς, χορηγῶ τοῖς πεινῶσι τροφὴν.

IV.

Libenter hoc loco hæreticos interrogem, qui divinitatis humanitatisque naturam in vnam commiscent essentiam, quisnam sit, qui nunc a proditore Judæis traditur, &c.

Ἡδέως δὴ ἐνταῦθα τοὺς αἱρετικοὺς ἐπυθόμην, τὴν τε θεότητος καὶ τῆς ἀνθρωπότητος φύσιν εἰς μίαν καταχρινόντων οὐσίαν, ὅς ἐστιν ἐνταῦθα ὁ προδὺς τῶ προδότου τοῖς Ἰουδαίοις παραδιδόμενος, &c. *Serm.* VIII.

V.

Hic ille, cui spinea corona circumposita fuit, &c.

Οὗτος ὁ τὸ ἀκάνθινον περιθέμενος στέφανον, &c. *Serm.* VII.

VI.

Ideo de nostris illis primitiis cum ageret beatus Petrus, & exaltationem visibilis naturæ vi divinitatis factam enarraret, &c.

Διὰ τοῦτο περὶ τὴν ἡμετέρας ἀπαρχῆς, ὁ μακάριος Πέτρος καταγγέλων, καὶ τὴν ἐκ τῆς θεότητος φαινομένης φύσεως δηλούμενος ὕψωσιν, &c. *Serm.* VII.

VII.

Quoniam vero si dixissent: Credimus in vnum Deum Verbum; futurum erat vt mors divinæ naturæ tribueretur, &c.

Επειδὴ γὰρ εἰρήκασιν, ὅπ πιστεύομεν εἰς ἕνα Θεὸν λόγον, ἔμελλεν ὁ θάνατος τῆ θείᾳ λογίζεσθαι φύσει, &c. *Serm.* III.

COLLECTIO QUARTA DICTORUM NESTORII

DIVERSIS EX TRACTATIBUS SIVE LIBRIS,

quæ in Cyrilli operibus sparsa sunt.

Ex libro de recta fide ad Theodosium imperatorem.

HIc siquidem (qui ex Deo natus) verus & naturalis est filius; ille vero (qui ex Virgine) æquivoce Dei Filius dicitur. *Et paulo post iterum:* Utique Dei Verbum non est homo, sed hominem assumpsit, quandoquidem vnigenitus jam inde ab initio per se, Dei omnium opificis Filius est; homo autem, quem suscepit, cum natura Deus non sit, propter eum a quo assumptus est, qui verus Dei Filius est, eodem cum ipso nomine appellatur; istud vero: *Nemo novit filium nisi Pater;* verum & naturalem Dei Patris Filium ostendit; illud vero Gabrielis: *Ne timeas, Maria, invenisti enim gratiam*

Οὗτος γὰρ φύσει καὶ ἀληθῶς υἱὸς ὁ ἐκ Θεοῦ πατρὸς λόγος ἐστὶν, ὁ δὲ ὁμωνύμως τοῦ υἱοῦ υἱός. καὶ μετ' ἔπεια πάλιν. Σαρξ ὁ τοῦ Θεοῦ λόγος, ἀλλὰ ἀνθρωπον ἀνέλαβε. ὁ μὲν γὰρ μονογενὴς προαιωνίως καθ' ἑαυτὸν υἱὸς τοῦ Θεοῦ ἐστι, τῶ πάντων δημιουργοῦ· ὃν δὲ ἀνέλαβεν ἄνθρωπον, οὐ φύσει Θεὸς ὤν, διὰ τὸν ἀναλαβόντα αὐτὸν ἀληθῶς υἱὸν Θεοῦ, ὁμωνύμως αὐτῷ χρηματίζει. ὃ μὲν γὰρ· Οὐδεὶς ἔγνω τὸν υἱὸν, εἰ μὴ ὁ πατήρ· τὸν φύσει τέλειον καὶ ἀληθινὸν δηλοῖ ἐκ τοῦ πατρὸς υἱόν. ὃ δὲ λεχθὲν ὑπὸ τοῦ Γαβριὴλ· Μὴ φοβοῦ, Μαριὰμ, εὗρες γὰρ χάριν

παῦδε τοῦ Θεοῦ· καὶ ἰδοὺ συλλήψῃ ἐν γαστρὶ, καὶ τέξῃ υἱὸν, καὶ καλέσεις τὸ ὄνομα αὐτοῦ Ἰησοῦν· τοῦ αὐθρώπου ἐφαρμόζει, &c. *Serm.*

apud Deum: & ecce concipies in vtero, & paries Filium, & vocabis nomen ejus JESUM; in hominem quadrat.

Ex epistola ad suos Constantinopoli constitutos.

Οὐ τῆς κραυγῆς κρίνω τὸ εἰς ἐμὲ φιλοτιμίαν, &c. *Serm.* II.

Populi erga me studium non vulgi acclamationibus, &c.

Ex responsione ad objectiones Orientalium. Anathem. I.

Ἠρώτησα πολλάκις αὐτοὺς· τὴν θεότητα λέγετε γεγεννῆσθαι ἐκ τῆς μακαρίας παρθένου, &c. *Serm.* V.

Interrogavi sæpe eos: Divinitatem natam dicitis e beata Virgine, &c.

Anathem. III.

Τοῦτο φρονείσθω ἐν ὑμῖν, ὃ καὶ ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ, ὃς ἐν μορφῇ Θεοῦ ὑπάρχων ἑαυτὸν ἐκένωσε, &c. *Serm.* VII.

Hoc sentite in vobis quod in Christo JESU, qui in forma Dei existens, seipsum exinanivit, &c.

Ἵνα ἐν τῷ ὀνόματι Ἰησοῦ πᾶν γόνυ κάμψῃ, &c. *Serm.* VII.

In altera exegesi. Ut in nomine JESU omne genu flectatur, &c. *Ibidem.*

Εἰπὲ τὸν λαμβάνοντα, ὅτι Θεός, &c. *Serm.* II.

In altera. Die de eo qui suscepit, quod sit Deus, &c. *Ibidem.*

Anathem. IV.

Ἵνα δὲ αὐτὸ σαφέστερον καὶ πᾶσιν εὐληπτότερον εἴπω, &c. *Serm.* V.

Ut autem ipsum manifestius dicam, & ita vt omnes facilius capiant, &c.

Anathem. VII.

Κοιναὶ γὰρ αἱ τῆς τριάδος ἐνέργειαι, &c. *Serm.* X.

Communes enim Trinitatis sunt operationes, &c.

Anathem. VIII.

Ὁμολογοῦμεν τὸν ἐν ἀνθρώπῳ Θεὸν, σύζευξιν τῇ θείᾳ συναφείᾳ τοῦ Θεοῦ λόγου συμπροσκυνούμενον ἄνθρωπον, &c. *Serm.* II.

Confitemur in homine Deum; colimus divina conjunctione coadorandum hominem.

Anathem. X.

Ἀπεσταλὴν κηρύξαι αἰχμαλώτοις ἄφεσιν, &c. *Serm.* VI.

Missus est ad prædicandum captivis remissionem, &c.

Anathem. XI.

Ἀκούσατε τοίνυν προσέχοντες τοῖς ῥηθεῖσι, &c. *Serm.* IX.

Audite attendentes verba, &c.

Ex responsione ad reprehensiones Theodoreti. Anathem. VI.

Ὥστε ὁ παθὼν ἀρχιερεὺς ἡμῶν, οὐκ ὁ ζωοποιὸς τοῦ πεπονθότος Θεός. καὶ Θεὸν τοῦ Χριστοῦ τὸν τοῦ Θεοῦ λόγον ὀνομάσματος. προσθέντος δὲ τούτοις· Ἦν δὲ ὁ αὐτὸς καὶ βρέφος, καὶ τοῦ βρέφους δεσπότης.

Atque adeo passus pontifex misericors, non vivificator ejus, passus est Deus. Et Deum Christi Verbum Dei nominaverit, hisque adjecerit: Erat autem & ipse infans, & infantis dominus.

Anathem. IX.

Is qui tantam Christo gloriam contulit, qui eum dæmonibus fecit terribilem, donavitque ei ad cælos ascensionem.

Τοῦτο δὲ ὁ τηλικαύτην περὶ Χριστῷ χαρισάμενον δόξαν, ὃ δαίμοσιν αὐτὸν φοβερὸν ἐργασάμενον, ὃ τε ἀναλήψιν αὐτῷ τὴν εἰς οὐρανοὺς χαρισάμενον. *Serm.* III.

Anathema X.

Iste fidelis Deo factus pontifex, &c.

Οὗτος ὁ πιστὸς τῷ Θεῷ πεποιημένος ἀρχιερεύς, &c. *Serm.* VI.

Ex epistola ad Acacium Melitenensem.

Deum ex Christipara Virgine processisse, ex divina scriptura edoctus sum: at vero Deum ex ipsa genitum esse, id nusquam edoctus sum. Nusquam igitur divina scriptura Deum ex Christipara Virgine genitum esse dicit, sed JESUM CHRISTUM, Filium, Dominum.

Τὸ προβεβλῆσθαι τὸν Θεὸν ἐκ τῆς Χριστοτόκου παρθένου παρὰ τῆς θείας ἐδιδάχθην γραφῆς, &c. *Serm.* V.

Ibidem. Propterea etiam Deus Verbum nominatur Christus, quia perpetuam cum Christo conjunctionem habet. Inconfusam itaque naturarum copulam retineamus, &c.

Διὰ τοῦτο καὶ Χριστὸς ὁ Θεὸς λόγος ὀνομάζεται, ἐπειδὴ καὶ ἔχει πρὸς συναφείαν τὴν πρὸς τὸν Χριστὸν διηνεκῆ. καὶ πάλιν. ἀσύγχυτον τοίνυν τὴν τῶν φύσεων τηρήσωμεν συνάφειαν, &c. *Serm.* II.

Serm. VII. Ibidem. Inseparabilis est Deus a visibili. Unde honorem ejus, qui non separatur, non separo: separo naturas, sed conjungo adorationem.

LIBER